

victas manus dare vellet, si videt Eucharistici Numen ab asino suo adorari? annuit haec dicitur: animal, triuo non passum, adducitur, & ecce, in genua prociuum Panem ecclicum, quem Antonius manu praeferebat, prius adoravit, quam asinum hoc Christiane? asinus in reverentiam Eucharistici Numinis abhorreret: & asinum corporis tui peccus non velle in reverentiam Eucharistici Numinis abhorrere a voluptatibus, quas escaris? O si sapias, compece capillum, sub jugum mitte, durulculale habe, ne iterum recedat, & demum animam tuam in infernum excutiat. *Ec. &c.*

8. *Epiloga.* Tu vero sub pane caelesti abscondite Deus, dignare Intrare in cor nostrum; jam enim parata sunt omnia; puerorum candorem pro seriam Confessione indulus: tibi olivam portissimam in aeterni pacis testimonium, ac defestationem veterium. Tibi incensiam, intellectum, voluntatem, ad tuas laudes conficiamus, pravorum habitum vestimenta exultimus, infantium corporis asinum, qui haesitum usque adeo recalcitravit, tibi submittimus: Veni, Rex noster, mansuetus, & templum ac solium tuum in corde nostro aeternum statue. Amen.

Dominica Palmarum.

CONCEPTUS II.

De maximis damnis, quae ex inconstantiis; & relapsu in peccata oriuntur.

Turba autem . . . clamabant dicentes: Osanna Filio David: Benedicite, qui venit in nomine Domini. Matth. 21.

EXORDIUM.

Jerusalem propter inconstantiam a Deo punita, & multi sunt inconstantes in bono proposito.

1. **Q**uidam, o perfidam, o fœdissimam Ierusalem! qua bile tuam tibi inconstantiam exprobare queam? Hodie Christo cantas triumphum, sed post quinque dies cantabis lesusum; hodie triumphans ducis in montem Sion, post quinque dies condemnatum rapies in montem Calvariae: hodie subternis eunt vestimenta, post quinque dies abripies illi sua: hodie portigis palmas, post quinque dies expedies spinas, ac clavos: hodie resonat letum *Hosanna*, post quinque dies resonat sanctum *Crucifige*. Quae causa, obsecro, tam mutabilis sententiae? nimirum sentio, quid rei subit: ansam sentiendi mihi suggerit unicum verbum S. Evangelistae (*Matth. 21. v. 17.*): *Pueri clamantes*. Et dicentes: Notate: *Pueri*. Itane triumphus Christi tantum ludus puerilis fuit? ita apparatus: serius non fuit, quia adeo instabile. O miseram Jerusalem! haec inconstantia tuo tibi

extitio constabit. Et ita factum est: urbs haec quondam sanctitatis, & vere fidei domicilium, fame, pestilentia, hostium direptione ad vastitatem redacta, tam funesta tragedia theatri facta est, qualis ab initio faculorum non ex auditu scire factum; hi fructus sunt peritiae: Christiani audientes, quis vobis sensus, dum isti auditis? patris hanc invocam solum in iudicio armatus? erratis, armatus & quodammodo in vos. Hodie quidem cum Christo in gratiam, & pacem rediistis, triumphantem in corde templo receptis, gratulor vobis felicissimam sortem. Verum cheu! quanta animum meum tenet anxius? Metuo; metuo; quid metuo? Metuo, ne hinc diei Palmarum iterum Paraclitice succedet. Bone Dnas! quis credit fieri posse, ut papilio ad lumen revolet, quo semel alas adiutis? quis credit, canem redire ad vomitum, quem paulo ante exoneravit? quis credit, viatorem ad sylvam commigrare, in qua paulo ante expoliatus est? quis credit, captivum ad carcerem ultro reverti, a quo feliciter evasit? quis credit, agrum virus reformare, a quo paulo ante convulsus? Haec omnia, inquam, quis credit fieri posse, nisi multiplex experientia factum fuisse testetur.

2. *Proposio.* Quare ignoret, Auditores, si hodierna concione vos interroget, an seria fuerit vestra penitentia, an serui Communionis affectus: si serui, ex animo gaudeo: si non, caecoebo vos grandia mala, quae ex iterato relapsu consequuntur. Videbitis, nimis quam verum esse effatum Salomonis: (*Prover. 26. v. 11.*) *Impudens, qui iterat sultitium suum.* Favete.

3. *Introdutio.* Moyses, & Josue, descendentes de monte, audierunt tumultum, clamorem populi a longe: Josue putabat esse vocem belligentium: *Uulatur pugna auditus in castris.* (*Exod. 32.*) Moyses vero autumat esse voces ludicas: *Vocem cantantium eis audis.* Christianae animae; dum vestras Confessiones, suspiria, lacrimas, compunctiones, audio, quid credam? suntne bella serica contra carnem, mundum, daemone; an tantum ludica? dicam, quod sentio: nunquam vidistis, in apico campo ordinari acies, concurrere milites, vibrari gladios, explodi sclopeta? sed paulo post conveniunt, coeque, & elant, & bibant, ludant: quid est hoc? quis iste exitus belli? Vah! bellum non est, sed belli simulacrum, & exercitio armorum. Ita plane, date veniam, penitentiae vestrae sunt tantum simulacra penitentiae; experientia enim multoties probat, non adum esse serio, quia facile iterum pax inuitur cum diabolo, frequentatur pristina occasione, reditur ad eadem peccata. O quanto hac cum damno vestro! an desideras o peccator, haec damna edoceri? edocere: atque illud praecipue triplex est, primum fe tenet ex parte tui ipsius, alterum ex parte daemolis, tertium ex parte Dei. Ausculta, exhorrece.

f. I.

Primum quidem damnium, mi Peccatori, fe tenet ex parte tui ipsius; quod nimirum conscientia magis, magisque callum induit in malis, a quibus antea tenere abhorrebat; impudens semper sit, & timorem Domini paulatim ex integro deperdit. Nunquam observasti, quid illis eveniat, qui penes officium acriblem, aut molendinum habitare incipiunt? primum notitbas nec momento dormire possunt: sed redi post aliquot septimanas, quare inquilinum domus, & dormire modo quaerit: respondet, quiescit: ex ipso enim assiduo malleorum ictus, & rotarum fremitus non amplius curat. Ita plane contingit peccatori: dum prima vice in malum proruebat, & sciam oburgans conscientia objicbat ei iudicium, animum, Dei punientis flagellum; erat facile reducibilis ad bonum; sed quando altera vice relabitur, jam calliosorem expertur conscientiam, minus curat illius latratus, & ad salutaris moniti se insensibilior. Nonne vera sunt ista, & quotidiana experientia comprobata? videte juvenem, dum prima vice iugo subditur, aeternae, & delectatus foveit, & redi post annam, & cernitis, summa cum mansuetudine atarum trahere: Videte tyronem militens, ad primas assitas expavescit, sed diu una; nati altera vice curantis praesili interfit, jam in reipole in gladius & hastas prorumpit. Videte navigantem, prima vice naufragum patitur, & vomitu; sed succellat tempestas sed motu flum machi maria percurrit, Et nimirum est indoles usus, & astantidinis, ut amara quavis, & ipsum adeo peccatum dulcescere faciat.

4. *Billi Israel temporè famis perrexerunt in Aegyptum, nec ibi ultra quinque annis morari cogitabant: effluit quinque annis; hic ergo, Iraelitis, iste; redi in patriam: quid retere? inquit, & roremque adhuc uno lustro transiit iterum sustinum: vae! ergo hunc colligit vasa, & abitur parate. Nihil efficio: hauriet, ac habitantur famabiles; & quamvis terra esset inimica, quamvis decumanis laboribus penderentur, tamen amore ejus capti, ad callum Comellii & Esapie, ducentis quindecim annis in Aegypto habitaverunt. Quinimo ut saltem tuae a populo gentili se separaret, opus erat prodigis in manu potentis, *Q brachis exercito.* (*Ps. 137.*) En! mi peccator, quid contingere tibi possit, si cum peccato familiarior sis. Ideo plane enormis est nonnullorum impudentia, qui si in sacro tribunali admonentur de hoc ipso relapsu periculo, effronter eggerere audient: quid deinde, si lapsus cadam? laepius extam penitebo? O bardum te, & illud! crederemque, te iterum iterumque penitentiam adurum, nisi quoties relaberis, toties enim peccatum novam addit animas tuae depravationem. Quid? novam, inquis? ita est*

novam: primum peccatum secumfert nequitiam, alterum consuetudinem, tertium necessitatem, quartum excusationem, quintum gloriationem, sextum obdurationem, septimum desperationem: Et tandem te demergit in eam abyssum, ex qua cruci haud vales, nisi in manu potentis, *Et brachis exercito.* (*Card. Hugo in Job. 7.*)

f. II. Per relapsum libit potestas invalescit.

6. Alterum grave damnium recidivi fe tenet ex parte diaboli, cuius potentia, & ac tyranis per relapsum mirum quantum augetur. Id quod viva vobis similitudine demonstro: Ponamus, unam ex mundissimis urbibus Regni Turcici in manus Christianorum devenisse, idque ex conspitatione, & rebellionem habitatorum. Quid agit Monarcha Turcicus? confecto exercitu urbem obsidet: quam fe recuperet, Deum immortalem? quam longe graviore tyrannide postmodum miseram premeret circumvallatur novis munimentis, ac propugnaculis, vallat validissimum iugiter, custodiae portarum duplicatur; & omnes exarmantur, opibus exhaustantur; & omnes literarum commercium cum Christianis interdicunt, & quiquid vel a longe conspitationis suspitionem, movet, accuratissime observatur. O misera urbs, quidlo tu in potestate Christianorum rediis? Verum non urbi ingemisco, sed tibi, O recidive peccator: haec tua est obligatio, ita tecum agit infernalis tyrannus, & industrias adhibet, ne prada, jam semel clasta, denovo ex unguibus elabatur. Circumscriptis adversum te: ut non egeris, agerantibus compeditum. (*Thren. 3.*) Custodiit sollicitae portas sensuum tuorum, ne boni, & virtuos qui ingrediantur: custodit oculos, ne pios libellos, sacras imagines, bona exempla intuearis: custodit aures, ne conciones, piadoras orationes, amicum consilia auscultes: custodit os, & linguam, ne peccata confitearis: custodit manus, & pedes, has ne ad opus aliquod meritorium extendas; illos, ne ad templa, & sacras Congregationes vadas; quibus semina virtutis in animo recipere posses; & loco horum omnium ingeret tibi rerum spiritualium naufragum, excitabit odium adversi Parochii, & anime curatorem, ne verba illius ad cor tibi penetrent: compendio omnia: nihil industria horum omittit, ut iterum de die in diem deteriorer redat. Nonne clarissimum huius rei figuram habemus in infelice Samone, (*Jud. 16.*) qui, quoties deceptionibus Dalila de novo confidit, toties aetius semper ligatus, & prima quidem vice septenis funibus, altera vice novenis confictus fuit, donec, a braso capillitio enervatus, & in manus hostium traditus, miserime periit? Haec catastrophe est recidivorum.

f. III. Deus gratias suas retrahit.

7. Quod gravissimum est recidivi damnium, necdum dixi, & tenet fe ex parte Dei, qui non

tantum gratiam, quam adeo contemptui haberi cernit, post relatum denegat, sed insuper hunc contemptum gravissima supplicia decernit: Quid agit Medicus, dum videt agrum, jam semel sanatum, in eandem infirmitatem suamet culpa reincidit? deservit illum, ait Docilis Supleonius. (*Dom. 3. Quadr. text. 6.*) Quid agit Viator, dum cernit arigiam, cui in erigendo plaustum operam tulit, illud ultro, ac petulantius denovo profectore? deservit illum, inquit Raulinus (*Jerm. 65. in Quadr.*): Ita Deus agit, dum videt peccatorem, quem sua gratia adjumento et scelerum ceno erecit, dentis relabi: cum suo auxilio desinit.

Et supplicia immittit.

8. Sed & hæc malorum coronis necdum est: dixi enim, quod insuper gravissima supplicia decernat. Scripturam in testem voco: Israelite geminis vicibus contra Deum murmurantes, & Egypti ollas, & carnes appetebat: quid egit Deus? prima vice patenter dissimulans nescit, ait: *Ecce: ego plenum vobis pavore de celo.* (*Exod. 16.*) At cum Israelite, necdum contentis, post galatum manna iterum in murmurationes erumpent, *quid dabit vobis ad vescendum carnem?* quid factum est? Deus vehementer indignatus, *percussit vos plaga magna nimis.* (*Num. 11.*) Jam quæro, cur altera vice, cui non & prima puniit Deus perditos murmuratores? Nimirum, Dillectissimi, ut edocetur, alterum peccatum semper esse gravius, & vel ex hoc ipso fuisse magis aggravatum, quod caeleste Manna gustaverint: audiamus S. Cyrillum Alexandrinum (*l. 3. in Jo. t. 34.*): *Quantum peccatum vellem adhuc non receptorum, profero et veritas digni vobis sunt: postea vero, quando Dominus frangebatur, tunc tunc acerba didicimus supplicia.* Nota hæc, mi Christiane, gustatum Manna aggravavit peccatum Israelitarum: tu gustasti hodie Panem caelestem in sacrosancto Eucharistia Convivio; vae tibi si recidas in pristina peccata: quis sciat, an non iratus Deus, de percussit plaga magna nimis? quis sciat, an non repentinum in te decernat interitum?

9. Infelix quidam adolescens, (*Ribaden. in M. f.*) qui vitam diu innocentem duxerat, pro vitium societate turpiter seductus est: cumque fama esset, illum ne ad Pascha quidem Sacramenti expiatum, negavit quidem id uni ex suis Professoribus; factus tamen est, se facillime fuisse confesum: reductus ad frugem, ali-quandiu melior fuit. Sed ecce orcinus Veterarum fraudes: perditissimus socius aliquando illi nuntium, seu salutem tulit ab obsena femina illi nota: hoc nuntium nova scintilla fuit recrudescens mali: ruit iterum in præceptis miseris, & a torrente libidinis abripitur. Sed Deus, qui non irriteret, scelus vindicavit. Necdum expleto menseftri, cum quondam plateam Neopoli transiret, repente a scarrillis obstruit, multis vulneribus interfectur, nec tantum interi-

valli habuit inter vulnera, & mortem, ut vel sanctissimum Nomen Jesu possit inclamare. O infelicitissimi fructus relapsus! quid ad hæc, O peccator, diem an speras, tibi nihil simile creaturum? etiam iste speravit. An putas Deum tibi semper induliturum? etiam iste putavit. Quæris forsitan, an etiam in te decrevit Deus tantu repentiam mortem, si in peccata relaberis? id plane nescio: sed responsum tibi dato ex S. Anselmo (*in l. Cor. 1.*) responsum terribile, & quod unico a te peto, tanquam fructum hodiernæ concionis, in animo teneri: ait: *Multi homines post pascha variis circumstantiis corripuntur; quia corpus Redemptoris indigne susceperunt. Auditis ista? quid autem est Corpus Dominicum indigne suscipere, nisi suscipere sine efficaci proposito, & emendatione?*

10. *Epilogus.* Quid igitur factu opus est? O Christiania pectora, state fortes, & animosi, state, & nolite iterum jugo servitutis contineri, moet Apostolus (*Gal. 5. v. 1.*), firmate propositum, nunquam amplius cum mundo, cum carne, cum Dæmone redeandis veniam. Veniet quidem iterum infernalis tentator, pulsabit foras, dicensque, *reverti in domum meam:* (*Luc. 11.*) mittere vobis perverfos socios, litte-ras, nuntios, munuscula, mundanas illecebras: sed Vos, obsecro, sanctum tenere, quod Deo promissum; erigite oculos in calum ad Deum, & dicite cum fidelissimo Job: Tu es, O Domine, decreti firmiter, tuus eror: *Justitiam inveniam, quam capi, non desiram.* (*Job 27.*) Non, non: ruat mundus, fœviat caro, fremat infernus, non deseram, non deseram. Amen.

Dominica Palmorum.

CONCEPTUS III.

Offenditur, Justitiam Dei misericorditer præmonere, antequam puniat.

Videm civitatem Jerusalem super illam, Luc. 19.

EXORDIUM.

Supplicia veniunt a Deo, quasi videris, ideo præmonet Deus, antequam puniat.

1. Justorum præmia, & impiorum supplicia, utraque a Deo proveniunt, dispari tamen modo: præmia enim iustorum a Deo volente veniunt; supplicia autem impiorum a Deo, quasi invito: non punit nisi coactus; hinc inter misericordiam, & justitiam Dei eadem videtur esse differentia, quæ inter benignam Matrem, & rigorem Patrem; si ille virgam, aut baculum arripit, immorigerem prolem percussurus, clamat illi: *filiole, sive, pater tuus irascitur, cito accurre ad me.* Ita in Deo hæc solent: si justitia Dei fulgur arripit, pro merita obstruitur peccatoribus supplicia infesta, advolat misericordia, & iulteris clamo-

ris vocibus præmonet, hostaturque, ut irati Numinis ferule natura poenitentia caput subducant: ausim dicere, a mundi Genesi usque in hodiernam diem, nec integram gentem, nec hominem etiam privatim unquam fuisse puni-tum, poena præteritam æterna, nisi signis prodromis, horatiusque evidentè præmonitum. Quid hodie contingit? jam immutabili Numinis consilio decretum est, ut infidelis urbs Jerolymitana evertatur, pessumdetur, in reprobum sensum detur: & ecce! indicibile est, quot prævia signa, Prophetarum monita, scri-purarum vaticinia, templorum oracula, ele-mentoriam, ac syderum phenomenia præcel-lerint: ut a cæteris abstraham, hodie amantissimi applausu triumphandum excipitur, amaras lacrimas fundit: expresse enim S. Lucas c. 19. postquam triumphum Christi descripsit, hæc verba subnectit; ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam. Scitis, Auditores, quantum sint hæc mira? Erudivit quidem Auctor (*Teo. Læne. Bibl. invid. concionat. hac Dom. n. 8.*) ait, Christum Dominum quærens vicibus florisse; flevit in infantia, & hæc erant lacrimæ amoris; flevit in infantia, & hæc erant lacrimæ amoris; flevit in cruce, & hæc erant lacrimæ compassionis. Potuisset infelix civitatis adhuc impetrare veniam, si hodiernam nationem agnovisset: quia immo non debuit, qui putent, Christum ideo præter motum clamoribus urbem intrasse, ut ultimum ejus conversionis admoerere arctem. Et ideo addit Evangelium, quod erat quotidie docens in templo.

2. *Propositio.* Christiane animæ! edocemur hodie hæc veritatem, videlicet, non esse peccatorem, quantumvis gravem, & ad æternas gehennæ penas præditum, quem non, antequam justitia puniat, Misericordia præmonet: & tandem instituatam questionem, quæ causa subicit, quod multi obstruit ad resusmodi monita, clare, manifesteque agnita non respiciunt? Judicavi hæc materiam hodiernæ dici non incongruam, ut miseri peccatores discant obediæ salutarius monitis, quæ per tempus hoc quadragesimale audierunt in cathedris, & facris tribunalibus. Quis scit? forsitan hæc monita fieri Dei vocatus ultima, Favete.

S. 1. Deus non repente plecit, vel enim prius admoerit directe.

3. *Confirmatio.* Plena est Scriptura luculentis exemplis, quibus edocemur, Deum non repente ingerere supplicia, sed post prævias monitiones. Atque hæc monitiones duplici præfationum sunt generis, videlicet directæ, si ita loqui lubet, & indirectæ. Directæ sunt, quibus Dominus Deus vel per se, vel per suos Legatos peccatorem ab iniquitate deterret, eique imminentem poenam comminatur. Non est autregens in facris paginis hæc admoerendi mo-

dius; taceo urbem Ninivem (*Jona 1.*) quem intra quadraginta dies perituram per Jona prædicationem communit; taceo urbem Sodomam & Gomorrham, (*Gen. 19.*) quas, jamjam exitio destinatas, tum per Angelos, tum per Patriarcham Loth ad poenitentiam animavit; taceo urbem Jerolymitanam, quæ Jeremiam misit, eique futurum suum exitium clare Prophetæ vaticinio prædixit (*Jer. 1.*): hæc inquam, aliaque id genus exempla subiceo, & solum loquor de universali illo supplicio, quod Dominus Deus integram Orbem diluvio extinxit; quis neget miseros illos fidelissime fuisse præmonitos? misit Deus Noëm, qui infelicibus exitium denuntiaret, proinde vocatur ille a Sanctis Patribus Præco poenitentia; dein præcepit illi Deus, ut fabricaretur arcam: quare? S. Chrysolomus (*hom. 24. in Gen.*) respondet: *Voluit illos, qui iam graviter peccaverant satisfactione arca admoeri, ut secum exirent, quæ facerent, respicientem indignationem non experirent.* Hæc misericors admonitio durabat per integrum seculum: numeret quis millesorum lætus, quibus per centenas omnino annos Noë fabricatus est arcam, quod maliorum illius, tot nova monita auditi orbis, respiciere possulent miseri homines, si hi mille mansuetum, quam terra coram corda penitentem, &c. Dic modo, o Christiane peccator, an esummodi immediatæ, directæque monitiones Dei nunquam in corde tuo audisti? Audisti, si distiteris non velis, audisti: unde est, quod per internas inspirationes, illuminationisque subtilitate illapsas pepullos animæ tuæ status tibi nonnunquam clarissime, & velut in speculo fuerit representatus? unde, nisi a Deo? unde est, quod per internos metus, ac conscientia remorsus, sæpe numero, agnovisti necessitatem meliorem vitam ordiendi? unde, nisi a Deo? unde est, quod a sacro Verbi Divini Præco nonnunquam audieris reatum tuo anime statim accomodatam, ac si in te solum fabricatus fuisset? hæc certæ, aliaque monitiones idem tibi sunt, quod Prophetæ Jonas fuit Ninivitis, quod Patriarcha Loth Sodomitis, quod Jeremias Jerolymitanis, quod Noëmis orbi universo.

Vel indirectæ.

4. Quamquam negandum non sit, quod Dominus Deus non semper directæ, sed ut plurimum indirectæ, & quasi mediare commoveat peccatorem: quaeritis quomodo? in quantum animam alios ejusdem sorte peccatores severè plecit, ut alios eorumdem criminum reos corrigat. Nunquam audieris, Auditores, qua ratione leones circumcutit? in conspectu Iconis immisericorditer cæditur carnis, cumque hic honorandum in motum utatur, leo contumiscere incipit: *Cæditur carnis, ut poseat leo.* ait S. Ambrosius (*l. 2. de Cain & Abel. c. 2.*). Ita Deus solet: alium percussit, ut alius emendetur. Patriarcha Moyse, ubi mirabilem Agnæ-

litarum transfutum per mare rubrum, & Egyptiarum submersione commemoratur, usurpat loquendi methodum valde notabilem: Et videmus Egyptios mortuos super litus maris, simulque populum Dominum. (Exod. 14.) Quid hoc rei? quid agitis, o Israelita, cur timentis inimicos mortuos? liberati estis et dura servitute, transierunt pericula, & persecutiones, agile natus in plausus ite, seu latantium vitulos, copis praeda, (Vais 9.) subintrat hic Doctus, O Israelita (in Exod. 14.), inquit, iure merito Israel non letitiam, sed timorem conceptisse; quoniam cogitare poterant, si Deus adeo ferere puniit Egyptios, quid nobis fiet, non minorum criminum reis? metuendum est, ne Deus, qui propter nos destruxit inimicos, nos etiam suffocabit, si ex amicis inimici simus. Laudetur sanctissima Dei Providentia, quae aliorum supplicia novit convertere in aliorum medicamina: qua parte agit Deus velut chirurgi, & anatomistae, qui morum cadaver scindunt, & laniant, oculos, linguam, cor, secur eruant, viscera intima rimantur, eaque omnia faciunt in salutem vivorum: O mi peccator, non ego tibi exempla scripturilica ogeram, sed de is solum meminisse te iubeo, quae ab experimentalis notitia tibi mentis cognita sunt: an non audisti frequenter tuisimiles, dum in mediis mundi deliciis infranti periculabant, ardente febre correptos, subito enectos fuisse? an non nosti, alios in medio vitae voluptuosae curriculo, ex equo precipitatos, cervicem fressisse, flumine haultos fuisse, globo trajectos exspirasse, e domus saltigio decidisse? cur Deus permittit eiusmodi infortunia, ac repentinas mortes? non alium in finem, nisi ut te commonefaciat, quam infelix corporis, & animae interitus te expectet, nisi recipias. &c. &c.

S. II. Cur ergo tam multi pereunt, velam praemoniti? Prima ratio, quia non sunt moniti.

5. Haec si ita sunt, prout sunt verissima si Deus adeo miseris esset, ut praemoneat, antequam puniant, consurgit quaestio, quae fieri potest tibi hominum damnari? si ante exonerationem sclopeti semper praecederet monitio, nemo casualiter globo traiceretur: si ante lapsum regulae de recto fieret cautio, nemo obtureretur: qui ergo fit, tot hominum millia ad infernum vadere, etiam praemoniti? Christiani Auditores! duplex est praecipue huius rei ratio: Prima ratio, cur multi et Christiani damnentur, est, quia nolunt de periculo moneri, declinant sacras predicationes, lectionem librorum spiritualium nauant, inspirationibus cor obstruunt, salutaris cogitationes de salute animae, velut phantasmata melancholica, averfantur: Narrat Erasmus (in Adagio.) in Hollandia, nonnullis aliquando epulantibus, unum igni propius affecisse, ita ut vestium extremitatem flamma corripere; cum alius hoc advertisset, dixisse ser-

tur: habeo, quod te de se aliqua monentem: cur ille; si injucundum quiddam, non mihi molestum esse, differ in aliud tempus; tacuit itaque iustus tacere monitor: finita coena, ille, cuius vestes arserant, voluit rem ab altero sibi exponi: respondit ille: ecce vestis tua succensa est; tunc irascebat alius, quod non monisset: cui ille: at tu vetabas, culpam tibi adscribe. Ita multis peccatoribus evenire solet, iam incipiunt ardere inferni, contumelios magis, magisque erumpentibus, nec tantum volunt admoneri de periculo; quia discursus de morte, de inferno, de aternitate illis perquam molesti, melancholici, & fastidiosi sunt, sique hunc sine tadio pergere in gehennam quam cum tadio ad cali gloriam.

Secunda, quia monitionibus non credunt.

6. Altera ratio, cur non obstanti Dei praemoneantis longanimitate, multi Christianorum damnentur, est, quia non credunt, haec salutaria monita a Deo provenire: quemadmodum Propheta Samuel, ter a Deo vocatus, ter ad Sacerdotem Heli accurrat, patans esse vocem hominis, quae vox erat Dei: Ita multi salutis monita, quae sentiunt, putant mere esse casualia, non a Deo in suam salutem immisa: audiunt sacri Praeconis consilia; sed haec credunt esse pure humana: experitunt internis inspirationibus; sed has dicunt melancholicas, & atrabilis deliria: vident funestis casus, & atrabilis peccatorum funera; sed haec arbitrantur casualia infortunia: quid multis? sentiunt quidem sibi a Deo vellitari aures; sed alienam putant esse manum, quam Dei. Itaque insensibiles ac obstinati pereunt. Quae causa est, quod Nativitate ad praedicationem Joannis penitentiam egerint, atque veniam impetrant? Ecce contra Sodomita ad salutarem monitionem Patriarchae Loth in oblatione haeserunt, atque petierunt? causam diverstatis clarissimis verbis assignat Scriptura: Nativitate crediderunt praedicationi Joanae; contra Sodomita perarant Patriarcham Loth, quasi ludentem, loqui. Peccator, qui fidem tribuit sacris oratoribus, & piis monitionibus, bene adhuc habet; qui vero salutis monita joco habet, ac lusus, qui ad ipsas Dei correptiones non respicit, jam uno pede in inferno demerit esse videtur. Quid dicitis, Auditores, de illo agro, qui trasto adeo leithargo opprimitur, ut vel inter ipsas caeterorum ultiones non expergat? actum est dicitionis, filius est mortis: ita quod concernit animam, sentiendum esse pato de illo peccatore, qui monitis, minis, & flagellis Dei non movetur: super hanc flet Christus Dominus, sicut bevit hodie super civitatem. Audiamus hanc in rem brevem historiam.

7. Nobilis adolescens, uti S. Antonius (p. 2. Symna Th. 9.) enarra, feris studiis ad externa archelans, angebatur metu, ne mortiquondam, siqua improvisa raperetur, imperatus occurre-

Feia V. Coena Domini.

CONCEPTUS I.

Obsequitur Christum Dominum per humilitatem Passionis nunquam ita fuisse absconditum, quam semper aliquid Divinum inventum fuerit.

Per nos, quosvis, quem diligit anima mea, quem suum eum, & non invenit. Cant. 3.

E. X. O. R. D. I. U. M.

In nocte passus obscurata est Divinitas.

M. Ellius Bernardus (serm. 75. in Cant.) ante oculos sibi ponit hoc seculum obscurissima, eoque non una nocte involutum: Habet mundus hae noctes suas, & non patet, inquit, quid dico, quoniam noctis habet mundus, cum bene totus ipse sit. non, & ita ut semper per se, ut in tenebris. Non est Judaica praesentia, non ignorantia Pauperum, non haereticis praesentia, non enim Caltheorum carnalis animalis quocumque, apud schismaticos quod scilicet, ut non sit. O infelices tenebrae! omnia caeterisolum prima nocti hodie indignior, videlicet (Judicae perditae) qua tanta fuit, ut ipsum solem Divinum in Passionis nocte eclipsare fecerit. O. Divinae Redemptor, ut illi erroris timentem, quasi nullum munitorem habuisset. Ager ubi agnovit vix breve momentum temporis superesse, accusare cepit Superum fidem: tui Angelus mox, quos nuntios submisit, exponit: Mouni, abbat, per latrones, movi per mare tempestivum, morui per morbum, & medicorum, ac parentum consilia, quae omnia elusisti: nonne eriduum hoc est, quod agnosceret noluit, & haec adhuc fidem incaluit? His diebus Angelus dilparuit, & juvenis miser aeternum perit. &c. &c.

8. Epilogus. O Christiana anima! disce, obsecro, alieno damno sapere: en infelix adolescentens agnoscere novit Dei misericordiam monita: O si nunc ex inferno resurgeret, deberet certo fieri, se benignissime fuisse praemoneam: immo si redirent huc ab inferis damnati omnes, consiteri deberent sibi Divinae Misericordiae praemoneantis, ante illas Justitiae poenas, non delisse. Tu mi Christiane! ad has voces attentus, cautique esto: cum audis dicitionis, quae singulariter tibi horrorem incurrit, crede, hanc esse Dei monentis vocem: cum videris vicium tuum ad tumulum elevatum, puta, hanc mortem esse ordinatam ad tuam correctionem: cum sentis animum insolentis stimulis ad poenitentiam argui, ne dubita, hos stimulus a Deo praemoneante provenire; tam conscientiam mox exonera, itaque vive, ut paratus sis in momenta singularis mortis. Amen.

Semper aliquid Divini elucet in Passione.

9. Proposio. Age, ego tibi facem praferam; sequamur Dei Filium patientem de Mysterio in Mysterium, de uno Iudice ad alium, & videbimus, nunquam in tota Passione tam contemptum & absconditum fuisse scilicet, quam semper aliquid Divinum eluxerit. Favere.

In institutione Eucharistiae.

3. Confirmatio. Primo consideremus Christum in Cena Eucharistica: ubi abscondit se totum, more bellatorum, qui fortissimi sunt; hi fuerunt vires suas tegere, vel vilibus indumentis; & ille abscondit omnipotentiam suam sub exilibus speciebus. Quid Divini elucet in sacrosancto Pane? Respondet, Divinitas patet ex eo; quod operatur in dignis, & in indignis mentibus. Digni ab hac mensa, redeunt ut leones, indigni ut dracones; illi vitam, hi mortem manducant; illi confortantur in gratia, hi rumpuntur, ac si globum pulvere pyro plenum comedissent; expertus est primus indignis communicans Judas, qui crepit mediis, & effusa sunt viscera ejus.

In lesione pedum.

4. Iterum penditur Jesus: ubi est? an in Canna Galilaea? an in domo Zachari? an cum publicanis, & peccatoribus manducans? an in domo Simonis leprosi cum dilecta Magdalena? an in sinu Virginis? Nihil minus, est apud pedes Jude: hos lavat non minus aqua, quam lacrimis, & callosam cordis duritiam, que per pedes manifestatur, fatagit emollicire. Heu! quam horrenda nox in corde peccatoris! sed & hic elucet Divinitas, non enim est clarus signum filiorum Dei; quam dilectio inimicorum. &c.

In horti agonia.

5. Ubi nunc Jesus? in horto: atque hic ita est absconditus, ut nec a Deo Patre fuerit agnitus, quippe peccatis nostris deformatus, & pellibus Esau indutus Jacobi (Gen. 27.) *Tunc ut filius matris pater genuit?* ita est o Divine Genitor, est Filius tuus, sed te dea Deitate: cujus propriam est imperare, orat, qui Judas est, Advocatum agri, qui innocens est, mundi peccata in te recipit, qui clienti postea expirare sanguinem, tibi exprimit, & quidem fluentem sicut gutta decurrentes in terram. Interponit sic ut Mediator inter Deum, & mundum, ne fulmine maledictum feriat: prostratus nec, nec pulveraria ut principi, multo minus ut Deo subsistantur, ut sic ore ad os loquatur ad terram, dicens cum Jeremia; (c. 22.) *Terra, terra, audi sermone Domini, aut certe ideo os terrae applicat, ut vox tepere illi fortis in caelum tendat; iacet verecundus, peccatis nostris fedatus, iacet verecundus, peccatis nostris sustinet, atque ideo non audeat videre altitudinem caeli, nec oculos sursum levare.* Sudat, & sudorem quidem sanguinem: an per antipathiam exprimitur sudor? an serpens paradii adest, an Judas, an peccata nostra? si qua haec. O utinam corda nostra essent. Spongia hanc sudorem attrahens, ex quomodo si-

lus pendet? huc veniant anime peccatrices, & penitentes Magdalena, & sudorem hunc preciosum capillis, id est fulpiris suis abstergant, Adam post peccatum dicebatur, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. (Gen. 3.) Adam secundus, cum primi peccata tulit, horrendum fadavit, & in panem aeternum cibum animarum nobis procuravit. Sed quid hic Divinum? respondeo, resignatio in Dei voluntatem; haec enim Filium Dei demonstrat, & naturalem in Jesu, & adoptivum in nobis, si in omni ad veritate dicamus: *Pater volentis tua.*

In sua captivitate.

6. Sed ecce iterum nox terribilis ingruit: nihil prius videtur; hic adsunt inimici cum latens, & facibus, & inter hac nocte finalis unus tibi inferni, Judas dudum flammam ardens, & perfida, utraque ex ore fumiga. Quid facis, o omnipotens Salvator? non resistes impudentissimo proditori, qui te labilis sunt: in hortodicit, *Ego sum*. Scimus ex Evangelio, quod Christus frequenter enuntiavit haec ipsissima verba: ita enim dixit: *Ego sum pastor bonus. Ego sum vitis vera, Ego sum lux mundi, Ego sum resurrectio & vita. Ego sum Pannis vita, Ego sum via, veritas, & vita: Et nemini nocuerunt haec verba, sed consolata sunt: in hortodicit, Ego sum, & ecce abierunt retrorsum, & condescendunt in terram. Hoc nomen Divinum est; idem Nomen Dei, quod pios animat, peccatores proferunt. Superi Boni! si Christus duobus verbis prolisat hostes suos judicandos; quid faciet impiis in fine mundi judicaturus? &c.*

In voce ego sum.

7. Mirum profecto, quod nunquam Christus quidquam fecerit, aut passus sit ut homo, quin simul signum eaderit Divinitatis: Natus est ut homo, & ecce statim a Magis adoratur ut Deus: fugit ut homo in Aegyptum, & ecce ab idolis; & arboribus colitur ut Deus. Mater praesentat eum ut hominem in templo, & ecce Simon eum adorat ut Deum: baptizatur ut homo, & ecce vox caeli eum declarat Deum: Elurit ut homo, & ab Angelis servitia recipit ut Deus: Hic in horto pavet ut homo, & ecce una jam voce terret ut Deus. O miram vim horum verborum: *Ego sum*. Scimus ex Evangelio, quod Christus frequenter enuntiavit haec ipsissima verba: ita enim dixit: *Ego sum pastor bonus. Ego sum vitis vera, Ego sum lux mundi, Ego sum resurrectio & vita. Ego sum Pannis vita, Ego sum via, veritas, & vita: Et nemini nocuerunt haec verba, sed consolata sunt: in hortodicit, Ego sum, & ecce abierunt retrorsum, & condescendunt in terram. Hoc nomen Divinum est; idem Nomen Dei, quod pios animat, peccatores proferunt. Superi Boni! si Christus duobus verbis prolisat hostes suos judicandos; quid faciet impiis in fine mundi judicaturus? &c.*

In fuga Discipulorum.

8. Sed ego inter hac Jesum captum video, vincula in collo, & manibus gerit, tamquam lacro ducitur a tumultuante satellite. Eheu! ubi nunc Petrus? ubi Discipuli? Ah! relicto illo, omnes fugerunt: qui in gloria montis Thabor volebant hgere aeterna tabernacula, jam non comparant: qui ad unum omnes in mensa panem, & vinum gularunt, jam omnes fugiunt: ubi jam superba temeritas, & gloria potentia Petri: *Etiam omnes scandalizati sunt, ego non scandalizabor?* paratus sum tecum in carcere, in morte ire? o folia arida sine fructu, o verba sine re, clamor mulas abique lana! hic est mundi stylus, multum promittere, servare nihil. Heu! quam horrenda haec nox, omnes relicto eo fugerunt, qui nuper tan gloriose dixerunt: *Tu es Christus Filius Dei vivi: Verba vita aeterna habes:* &c. O amici oblares, socii mensae, quam verum est: Si fueris solus, multos numerabis amicos, tempora si fuerint nubila, solus eris! Moritur saepe amicus, dives, nobilis, quem omnes venerati sunt; vis claudit oculos, liberi, & vidua derelinquantur, aut omnino premuntur, torquentur, exluguntur. Quid confidis in humana amicitia? idem & tibi accidit, vel si adhuc aliqui amici in persecutione apparent, sequuntur tea longe ut Petrus Christum: non ut consolentur, sed ut videant finem, si tempestas cessat, iterum redituri ad ferenum, si diutius daret, omnino te decurruri. O filii hominum usque quo spes vestras inedicatis favoribus mundi? *ut quid diligis-*

itavitatem, & quantis mendacibus? (Psalm.) non cernitis in Jesu meo, quam mutabilis sit favor hominum? quinque milia adsunt, dum eos pascit, duodecim Discipuli sunt in mensa bene pasti non cibo quacumque, sed carne, & sanguine Dei, nec tamen triduum sustinent, sed in via desiciunt, & quinque relicti omnibus secuti sunt Jesum, jam relicto Jesu, omnes aufugiunt. An ergo non saltem auxilio venerunt caeci, surdi, claudi, leprosi, quos prodigiis sanavit? neque isti: scilicet mi Jesu, hoc matutinum tu debes cantare: choros enim commensalium tuorum totus aufugit. Quid autem hic Divinum? nempe illud, quod diffimulaverit hos errores, benignus Deus in filiis suis permisit turpem Discipulorum lapsum ad majorem reuerentiam constantiam, & ad iustorum reuerentiam: ipse est Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere.

In colaphis inflatis.

9. sed interim Jesum meum in aula video, & quidem in aula Annae: in aula? hoc haec nomen nunquam fecit. O aula aula! Nunquam pejus habitus est Jesus, quam in aula: in aula Annae percussus, in aula Caipha confusus, in aula Pilati flagellatus, in aula Herodis pro stulto habitus: hinc aulis intrare distulit ad finem vite, & non sponte, sed fustibus, ac catenis violenter intratus, & captus est, libentius apud homines plebeos, publicanos, Zacharam, Mattheum, Simonem leprosum, alioque verfabatur, quia in aulis plerumque timor, & cognitio Dei exultant. In aula primum colaphum recepit facies Divina, & serenissima, in quam desiderant Angeli proficere: sic fit in aula cum bonis; si intrat iustitia, desijcit percellas, si intrat veritas, concutatur, si intrat innocentia, confutur, si intrat Filius Dei, colaphizatur. Nequam iste patibularius, qui ausus est in faciem Divinam tantum nefas, Malchus erat, cui Dei Filius abscessum auriculam relictus: ecce pessimum hic adulator manu infudit Divino Benefactori. Superi Boni! an impissimum flagitium tantum scelus impone transibit? Extendit clamor Jeroboam manum contra Prophetam, & exaruit, Oza arcam tangit, & in puncto mortuus concidit, Ozias thuribulum arripit, & leprosus fit. Hic nequam adulator percipit vultum Christi, & vivit? & percussus tacet? & percussorem blande alloquitur? O miram mansuetudinem! sanctus Apostolus Paulus, qui virgas, & lapides, naufragia, & carcere sustinet, colaphum tamen silentio non preterit. Ubi hic aliquid Divini? Respondeo in eo, quod Christus Malchum non repentina morte puniit, sed referavit illum in aeternitate puniendum. Ingratitudinis omnis poena temporalis nimis levis est, & pra aliis ceeteris meritis puniri in seculo. Nos autem, Dilectissimi, examinemus conscientias nostras, an nullus fit inter nos, cui Christo alapam infligat: quinam sunt illi? sunt: qui-

Christi carnem lacerant: Et ut a planta pedis non sit in illo fanitas, etiam capiti coronam imponit septuaginta spinis rigentem, quae horrendis aculeis sanctus & adorandum verticem perterebant. Egredimini filia Sion, & videte regem vestrum. Videte amore Dei, an signum aliquod Divinitatis inveniat in eo, qui denudatur ut scurra, flagellatur ut mancipium, spinis coronatur ut rex jocularis. Quid videtis Divinitate dignum? admoveite lumen fidei, nihilne apparet? *quaesit per nosse, & non invenit.* Sed ego invenio: tenui eum, nec dimittam. In hac crudeli laniena, & coronatione id manifeste Divinum fuit, quod vitam servaverit: nisi enim Divinitas fuisset patrocinata humanitati, non tantum sex mille ictus, & septuaginta spinas, sed centum, aut pauciores ictus, & duae vel tres spinas Christum occidissent. Accedamus, & sacrosanctum sanguinem in terram defluentem in salutem animarum nostrarum colligamus.

In passione Juda.

7. Sed jam aliam Divinitatis claram lucem video, nempe Justitia Divina effectum, Judam pendente, effusa ejus viscera, & projectos perditofque argenteos, & in finali impotentia morientium: perdunt argenteos, & Christum simul, id est privantur omnibus mundici bonis, & etiam caelum, ac beatitudinem perdunt, ita ut possint cum rege illo infami clamare: *Amici, omnia perdidimus.* Heu quas non strages corporum, & animorum edit pecunia, & maxime illa, quae est inique parva? facit tandem crepare corpus ac animum, & suspendit hominem inter caelum, & terram, ut hanc amittat, & illud non adquirat. Summe burfam plenam in manus, & mundum impium ad omne scelus habebis sequacem, non est peccatum, quod non per aurum extorqueatur. Etiam quandoque boni, & pii homines per marisursum plenum fi non usque ad infernum, saltem usque ad portas inferni adducuntur: infelicissimi illi sunt, quos in justum lucrum gravat: confunduntur hic & ibi: hic, quia de male quaesitis non gaudet tertius heres; ibi, quia antiqua bona tandem ad lucram, ad desperationem, ad diabolum ducunt. Hoc Judas docet, iniquitatis mercedem, quem Divina misericordia licet infamia, non amplius respicit, sed in medio infanti amoris opere, quod est Passio, Divina justitia praevertit, corpore, & animo infami morte subiatum &c. &c.

8. *Ephraem.* Jam ego tantisper Dilectam Christi Sponsam Deum suum in nocte Passionis querentem dimittam, & sacrae fidei faciem in tenebris Passiois lucentem aliquamdiu seponam paulo post iterum reasumendam. Interim, Dilectissimi & Petrum, & Judam intueamur, utrumque hodie sanctissimo Eucharistiae Sacramento, corpore, & sanguine Domini partum, utrumque Christi Discipulum, utrumque gra-

viter lapsum, utrumque poenitentem, unum veris lacrimis, alterum impis, & desperatione plenis, unum salvum, alterum aeternum perditum. Unum, si peccatorius necessario seque debemus; Merita Dominice Passiois facite, ut non hunc, sed illum sectemur. &c. &c. &c.

Feria V. Coena Domini.

CONCEPTUS III.

Continuatur eadem materia, & ex singulis Passiois Mysteriis elucelcens Christi Divinitas cruitur.

Per nosse quaesit, quem diligit anima mea, quaesit eum, & non invenit. Cant. 3.

EXORDIUM.

Divinitas Christi quaeritur in nobilibus Passiois.

1. **L**umen sacrae Fidei, ad cujus radios paulo ante obscuratam Divinitatem Servatoris nostri quaesivimus per noctem amarissimae suae Passiois, liceat mihi cum Christi Sponsa iterum accipere in manus, & ubi Dilectam animam nostrae reliquimus, iterum indagare. Vidimus rapatum per quatuor tribunalia, vidimus flagellatum, & coronatum, vidimus miserandum in Petro poenitentem, & justum in Juda desperante. &c.

2. *Proposita.* Jam iterum invenientium est in aula Pilati, qui illum ad placitum inimicorum suorum ad necem condemnavit, licet manifeste agnovit, nullam in eo esse mortis causam, nihilque dignum cruce in illo reperiri. Videamus quid hic cum Jesu nostro agatur?

In illusione Judaeorum.

3. *Confirmatio.* Et ecce, Duo sint laudes, quod Jesus utrum flagellis laetatus, & sanguine perfusus, tandem pro Deo agnoscat. Tenui eum, nec dimittam: Ecce enim etiam ipsi flagellatores, & coronantes adorant eum, procedunt coram illo, & dicunt, *Ave Rex Judaeorum.* Verum eheu! si faciem Fidei propius admoveo, video hanc adorationem non esse feriam, sed mendacem, jocularis, & illusoriam. Hic hic Dilecti, vere dicere potuit Dei Filius: *Populus hic laetit me honorari, cor autem eorum longe est a me.* (Matth. 15.) Ecce typanum vivum, & speculum eorum, qui extrinsece verbis, & moribus se Christianos professent, intus autem in corde pleni sunt inmunditia, injustitia, & laiquitate. Ibi etiam dicunt, *Ave Rex Judaeorum, sed fallaciter & mendaciter, dicunt, Dominus Dominus, sed non intrabunt in Regnum Celorum.* Quare? sed qua uno tantum genu, & illusorie adorant Deum, habent verba, & non etiam opera, vellenter vivere Deo, sed simul etiam carni, mundo, &c.

diabolo: Ibris falsis, & mendacibus adoratoribus dicit Dei Filius in die illa tremenda: *Nescitis vos, & illud nescio durabit aeternum.* Interim verum signum Divinitatis eo ipso tempore erat, quod ipsum vere adoraverint Angeli, Beatissima Virgo, & animae omnes in limbo, quae expectabant Redemptionem, juxta verba illa Apostoli: (Philipp. 28.) *In nomine Jesu omne genuflexatur, caelestium, terrestrium, & infernorum.*

In ostensione Christi versus populum.

4. Sed hem! nova scena aperitur: quid video, o mortales? Nescio ipse quid videam, quia hominis figuram non habet: audio tamen clamantem Pilatum: *Ecce homo!* Est unicuique vultus a planta pedis usque ad verticem capitis, aut mille vulnera in uno corpore, nihil aliud, nisi sanguis, & livor, & plaga tumens: Uno verbo, non est species, neque decor: nihilominus Judex Romanus dicit, *Ecce homo!* Etne credendum illi, qui ipse non scit, quid sit veritas, & quaerit Jesum, quid est veritas? O Pilate, Judex es, & nescis, quid sit veritas, ergo ego tibi respondebo quid sit ex his ipsis verbis interrogatoris, quid est Veritas, quae per anagramma sonant: *Est Vir, qui adest.* Verum, quid dicere voluit Pilatus per illud *Ecce homo?* respondebo, locutus est ex commiseratione cordis: sensus verborum est: O filice duriores Judaei, ecce hunc, qui nec figuram hominis habet; hunc spinis, & flagellis crudeliter laceravi, & nondum lacerati estis canes rabidi? tam miser est aspectus ejus, ut etiam marmora rumpat, & vos clamatis, tolle tolle, crucifige? sanguiluge infernales! Ecce homo, quem in spiritu praevidens Jeremias leprosum judicavit, absque specie, & decore, quem Dei Mater Filium ignorat, quem caelestis Pater videtur dereliquisse. Ecce homo! quid quato in illo Divinum est? sed si faciem Fidei admoveatis, o Christiane, videbis etiam hic in lacerato corpore latentem Deum. Non potuit homo satisfacere Divinae justitiae offensa per peccatum: terra nihil habuit aequalis offento; qui satisfaceret de caelo missus est; Jesus pro injustis, innocens pro reis, Deus fuit unitus huic homini, ut homines uniret Deo: Natura humana jacuit paralytica non tringenta octo annis, sed aliquid millenit, & clamavit de profundis: *Homines non habet, nec inter Patriarchas, nec inter Prophetas, nec inter Duces, nec Judices, Reges, Pontifices, Sacerdotes.* Sed abterge lacrimas O natura humana, Ecce homo non tantum, sed & piscina ad balneum sanguine ejus plenum; ipse Deus quaesivisti diu hunc hominem, ut ait David: (Psalm. 13.) *Deus de caelo prospexit super filios hominum, ut videat, si est intelligens, aut requirat Deum: non est usque ad unum.* Quis est iste unus? Ecce homo! & homo Deus Christus Jesus. O perituri Judaei, hunc hominem promittit vobis

Deus per Prophetas Messiam generis vestri, figuratum in Sacrificiis, revalatum in Ceremoniis, desideratum a vobis, & hunc ad necem quaeritis? quem Patres vestri fupspirant, vos persequimini, obiectum fidei vestrae dum abest, sit obiectum furoris vestri, dum adest. Ille homo erit Judex vester in die illa tremenda; ibi habebit pro throno iridem, in capite pro spinis coronam gloriae, in manu loco arundinis sceptrum gloriae, corpus loco purpureae fulgebis gloria supra solem: O quam alta longe erit parentia dei illius & hujus! Ecce homo! &c.

In ferali raptione ad mortem.

5. Jam educitur ad mostem, & super humerum ejus est Principatus ejus, & portat jugum illud enorme peccatorum nostrorum & nemo illius est propinquior comes, quam carnicifces & latrones, ut videamus verum esse, quod Scriptura dicit: *Et cum iniqui deputati est.* Quid quoto hic iterum Divinum elucet in tanta nocte obscuratationis? sed confidite, Dilectissimi, apparet etiam in hac nocte aliquod Divinum. Accurrunt feminae, devotus sexus, fundunt compassionis lacrimas, quae ita solabantur Christum, ut in summis doloribus se recollegerit, & talem rugitum dederit, qui probavit illum esse de tribu Juda, simulque signum Divinitatis suae exprimit: quale erat hoc signum? convertus ad mulieres dixit: *Filiae Jerusalem, nescite hunc super me, sed super vos ipsas hunc, & super filios vestros, quibus verbis praedixit ruinam urbis Solimae, & supplicium perditionis gentis in extrema die: Quot matres in illa die videbunt filios suos abripi in gehennam! o quot filii videbunt matres suas aeternum damnatas: vere de his dici poterit: Beati ventres, qui non pepererunt, &c.*

In denudatione ante crucem.

6. Sed ecce, denudatur iterum Christus in monte Calvariae, ille nimirum, qui vestit lilia campi. Superi Boni! Adam post peccatum invenit solia feus, & pelles bestiarum, quarum mores induit: Noe inebriatus invenit filios ingenios, qui eum cooperant, & caelestis Adam veste caret? quid est hoc mi Jesu? nunquid est hac dies desponsationis tuae, & nuptiarum? quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? nimirum eripuiti tibi, ut nostram ignominiam tergeres. Ter lego denudatum Jesum, in flagellatione, coronatione, crucifixione, ut videlicet non triplici veste tegere, Fidei, Spei, & Caritas: Ex priori denudatione hominem agnosimus, ex hac, qua nos tegit veste, & iterum Deum.

In crucifixione.

7. Verum ecce crux erigitur, conglavatus inter latrones Filius Dei pendet. Salve caele-

ffis Salomon, hic est lectulus tuus, quem tibi mundus preparavit; Salve Divine Doctor & Magister, hac est Cathedra tua, ex qua proponis verba vite aeternae; Salve Victoriousse Triumphator, hic est arcus triumphalis, quem tibi peccata nostra exerunt. In hoc lectulo ultimum testamentum condiditissimus Deus, & pauperissimus homo, Animam Patri, Corpus terrae, Joannem Matri, Matrem Discipulo, latroni Calum, inimicis veniam, nobis omnibus, si volumus, vitam aeternam donas; & ut nihil penitus tibi reserves, etiam pauculas guttas sanguinis, quas in corde residuas habes, e lanceato pectore effundis: Ex hoc aperto corde profluxerunt septem Sacramenta dilectae Ecclesiae tuae, quae nobis relinquimus omnibus ulque ad mundi finem. Ex hac Cathedra septem verba doces, quae si intelligimus, mundi Doctores sumus; ex hac Cathedra Advocatum agis apud Patrem pro inimicis, & peroras tam fortiter, ut Patrem caelestis tractatum pacis tuo sanguine suscipiat. Ex hoc denique Arcu triumphali suspendis chrysothrum mortis nostrae, & nos in libertatem Filiorum Dei aleris.

Et denique in morte.

8. Interim fuit, non tam potum materialem, quam lacrimas, & poenitentiam ad salutem nostram: Sed ingratiissimi carnifices felle, & aceto eum potant, propinant illi vinum myrrhatum; quod cum gustasset Jesus, noluit bibere. Quid est hoc vinum myrrhatum? Dilecti, sunt opera illa extrinsece apparenter bona, quae ex corde maligno, & Dei inimico procedunt: dat aliquis nummum pauperi, & interim furatur centum florenos: habet aliquis certas devotiones liberas, interim ea, ad quae ex iustitia tenetur, negligit, & omittit: accedit aliquis quandoque templum, & orat; interim affligit, & supprimit viduas, pupillos, pauperes, inique sanguinem exugit. Hoc vinum myrrhatum est, quod Jesus noluit bibere neque etiam bibit, sed potius mori vult: *Ere inclinat capite tradidit spiritum.* Superi boni? ergo expiravit? Ille Filius Dei aeternum vivi fuit, qui mortuus est in cruce? ubi hic signum Divinitatis? hic vere vox est Aegyptiaca, nemo illum Deum agnovit: blasphemant illum Pontifices, & Judaei, si Filius Dei est, defendat de cruce, & cum corpus amplius non velit, aut possint, cruentant animam. Sol obcuratur, & tenebrae sunt super universam terram: Pater ipse caelestis dereliquit eum. Sed confidite mortales, etiam in hac nocte Fidei lumen nobis ostendit signum Divinitatis: audio enim dici: Vere Filius Dei hic erat: in probationem hujus veritatis, ecce velum templi scinditur, petrae rumpuntur: an utinam corda nostra cinderentur? Aperiuntur sepulchra, utinam corda nostra aperirentur ad agnoscendum peccatorum nostrorum reatum! Ecce vicinum Divinitatis signum, etiam la-

peidea corda coram cruce mollescunt: *Revertuntur peccatores pectora sua.* &c. &c.

8. *Epitaphium.* Accedamus & nos ad crucem, & sub umbra illius, quem desideravimus, quem qualivimus, per noctem Passionis, quem invenimus, requiescamus: Dicamus corde ferventi & contrito: *Arbor secera & fulgida, ornata Regii purpura, electa digno sispite, tam sancta membra tangere. O Crux ave spes unica, hoc Passionis tempore, piii adauge gratiam, resque dele crimina.* (*Eccles. in Hymno.*) O crucifixe Jesu! ecce nos omne peccatores, rei sanguinis tui, leprosi ut Naaman accedimus ad latus apertum velut ad Jordanem salutis, & rogamus te Divine Redemptor, effice, ut preciosus sanguis, quem in Passione pro nobis effudisti, nobis non pereat, sed animabus nostris conducatur in vitam aeternam. Amen.

Feria VI. Parasceves.

CONCEPTUS I.

Accusatur gens perfida Judaeorum coram Dei tribunal propter committit Deicidii crimen, at tandem culpa refunditur in peccatores.

Vulneratus est propter iniquitates nostras, atterritus est propter scelera nostra. Isa. 53.

EXORDIUM.

Parricidium olim credebatur impossibile. Nemo accusavit Deicidas.

1. Multi ex illis Legislatoribus, qui providissimis Institutionibus olim Republicas moderabantur, utut singulis quibusque criminibus sua supplicia statuerint, uti adulterio, furto, blasphemiz &c. Nullam tamen mentionem fecerunt de parricidio, vel quod crederent, non esse possibile, vel saltem humana iustitia haud satis punibile. Quid dicerent isti, si hodie Jerolymis spectarent universalem orbis Parentem Deum Incarnatum a perfida Judaeorum gente morte crucis trucidari? nonne in calum clamarent: O aeternae Pater, hac spectas impune de caelo? ubi iustitia? potuit Osa (1. Reg. 6.) repente mortuus considerere dum arcam tangit: potuit Ieroboami manus exareferere, (3. Reg. 13.) dum eam contra Prophetam attollit, & hi perfidii incolomes manus sacrilegas insiniant Filio Dei? Semel maledixit Davidi, & ministri regii fe offerunt ad eum trucidandum? Vos Angeli auditis blasphemias, & necdum fulmina vibratis in secelesos? &c. Ita illi quidem clamarent, & ego cum illis. Verum e caelo responsum refero: ubi nullus Actor, ubi nullus Iudex. Quid? ergone Actor desit? ita est. Quis enim accuset Deicidas? An Mater Dei Filii? at haec Advocata est, non Accusatrix peccatorum. An Apostoli? at hi fugiunt,

con-

contenti non locuti. An Christus ipse? at hic rogat: *Dimittite illis.* &c.

Ergo ego accusabo apud Dei tribunal.

2. *Propositis.* Ergo ego hodie Actor ero. Gens perfida: in ius te voco, ad Dei tribunal cito. Vos Christiani iungite operam: ulciscendit esse scelus: felices nos, si mors Salvatoris nostri non iniqua maneat: Ad rem: Ego speciem facti propono.

Accusatio genti Judaeae.

3. *Narratio.* Iustissime Iudex, boni, mali-que Retributor, adoro venerandum tribunal tuum, & facinus expono, cui nec fuit, nec erit simile sub sole. Anno post orbem conditum 3984. ausa est urbs Jerolyma Incarnatum tuum 33. annorum Filium, absque ullo delicto, immo post multa beneficia agris, claudis, caecis, & miseris praestita; pertran- sisse enim benefaciendo, & sanando, (*Mat. 10.*) captivum ducere, & altera die 25. Martii (*horreo diceret!*) innocentissimum in crucem suffigere. Iustitia O Deus! Iustitia: negare non potes gens scelerata; quia caelum, & terram testes adduco; caelum, cum sol obcuraturus est, atque oculos clausit, ne nefas ingenti cogereetur. Terram, cum ipsa adeo laxa miserationis sensu rapta sunt. Neque accusare se potest; quia in captivitate erat enormis hostilitas, in processu enormis iniquitas, in executione enormis crudelitas. Probationem triplicis accusationis petens.

Contra neminem maleficorum integra gens unanimiter conspiravit. Christum neminem offendit.

4. In captivitate non erat nisi odium, & hostilitas: quis enim unquam audivit, quod integra gens, & in ea omnis conditio homines unanimiter contra unum conjurarent? Nonneminem Principes persecuti, subditi autem tuti sunt; quem Clerus oppressit, Latci defenderunt. Elias a Rege Achab infestatus, a vidua, David a Saule ad necem questus a Rege Achis, Jerusalem a popularibus eiecus, ab Aethiopia auxiliam habuit. Quis immo rarissimi sunt, qui non ex hoc ipso patronos inveniant; quod alios adversarios experiantur. Hac universalis regula: spud Christum secessit; summi, & infimi, Sacerdotes, & Latci, Iudices, ac milites in ejus perniciem operam junxerunt. &c. Debebat prodigium fuisse, siquis nimis in orbe homo foret Christo infensus, adeo in omnes mansuetus, in neminem austerus fuit: *Papaus meus quid feci tibi, aut in quo molestus fui? responde mihi.* (*Mich. 6.*) Respondete Principes urbis, an vos offendit Christus? nequitiam: immo docuit tributa praestanda esse Principi. Respondete Sacerdotes, *Clavis Speicleg. Conclonae. Pars I.*

an vos offendit? nequitiam: immo leprosis mundatis praecipit, ut ostenderent se sacerdotibus: Respondete Pharisei, an vos offendit? nequitiam: immo docuit praefandam esse obedientiam phariseis in cathedra Moysis sedentibus, utur eorum vita eorum doctrinam non conveniret. Respondete Publicani, an vos offendit? nequitiam: vobis enim amice convixit non sine assimationis suae dispendio. &c. Ergo nemo fuit Jerolymis a Christo offensus? nemo: & tamen nemo, qui nullo oppresso subveniat? ubi sunt claudi, caeci, paralytici sanati? Eheu! portenta video: etiam isti tumultuanti turbae, ac licitoribus immiti Benefactorem persequuntur. Est hic unus, qui paulo ante manus aridaeulum recepit, nunc scelerata manu crines, barbaramque Servatoris vellera. Est ibi alius Christi beneficio a civitate liberatus, nunc coetus illi obvelat. Est ibi tertius, qui a membrorum contractura cretus, nunc pedes Domini illidit. &c. Hac facie Virorum Sanctorum contemplatio est; est illis Christi verbis deimpura: *Retribuant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* (*Psal. 103.*) O odium crudele! O hostilitatem abominandam!

5. *In processu iniquitas maxima. Christum damatur ad mortem quia innocens est.*

5. Sed & alteram actionis probationem instruo, videlicet in processu non fuisse, nisi meram iniquitatem. Hortum Gethsemani ingrediamur: sibi impetuosa plebs ligat, caedit, rapat innotem, ut nec convictum latronem, & sicarium indignum habere potuisset. Quis hic ordo iudicii? inter quae barbaras gentes hic procedendi modi fuisse, & hi processum ordiantur ab executione: quid posset esse Iustitiae magis adversum? ergone ne audivit quidem Jesus? audivit: in coram Caipha Sacerdote de doctrina, & Discipulis interrogatur: at cum mansuetissime respondet, unus decumannus, truculentus de servis tabularis excussissimum illi pugnum infligit: *Exhorrens caelum, contempsit terra:* exclamat Chrysolomus. (*apud Mendog. serm. de Pass. Dom.*) Si interrogat, cur audire renunt? si audire detrectat, cur interrogat? Itane Christo non conceditur tantumdem juris, quantum infamissimo gratatorum, & adultero, nempe coram Iudice te defendere? ergone taecibat quocumque mendaces reclusi sibi obiectos? Ergo taecit deinceps, bene est, taecit: sed huc miseram conditionem! dum taecit, pro illo reputari. &c. Quid ergo hac iudicii forma est, ubi nec loqui, nec tacere licet? Rudissimi nautae, non nisi rudemurium gnati, qui Ionam vivebant, non nisi rudemurium, confusumque eiecerunt in mare. (*Jonae 18.*) & scribae, legis periti cultique homines non admittant Christo, ubi non morer periculum

M

culum

culum est, quod admisserunt incultissimi reniges Propheta? &c. Verum quomodo res se habet coram tribunal Pilati? ibi major iustitia spes affulgere videtur: quippe praes publice coram populo profertur: *Nullam causam moris in eo invenio.* Ergo vivat innocens Iesus, & libere abeat: at, *O iniquitatem inauditam!* ex hoc antecedente sequelam prorsus inimicum deducit: *Tradidit enim voluntati eorum.* Cui voluntati? infirmitati, damnabili, inimica ad crucifigendum. Ergone moriendum est illi, qui non tantum innocens est, sed & innocens apparet? ita est: moriendum est: cur? quomob culpam? hoc ipso, quia innocens est, quia sanctus, quia ex invidia traditus. *O stupendam iniquitatem, & ipsi adeo barbaris abominandum!* nonne palam est totum processum judicalem Christi iniustissimum fuisse, ac perverissimum?

§. III. In executione crudelitas maxima.

6. Restat tertium, ipsam etiam executionem fuisse crudelissimam, & in hoc probando minime laboro. Malefici ad mortis supplicium damnati sepe spem suam ultimam in tortoribus collocant, confiduntque, ab his executionem sententiae sibi mitigatam iri. Et isti quidem ut plurimum reo compunctos veniam ab eo rogant, seores acunt: ut ictus velocius succedat. &c. An etiam Christus liqores nactus est adeo humanos, ac mites? hoc vestro iudicio relinquam. Erat lege cautum, ne lictor in flagellatione reorum quadraginta ictuum numerum excedat. Quod si quis excesserit, perpetua infamia notam incurrit. &c. In flagellatione Christi autem nulla cautio locum habuit: plaga illi inflicta non quadragenaria, sed milienaria numerum excedebat. Horreo dicere. Novi identidem, recentisque succedebat fatigatis, nunc flagris, nunc loris, nunc spinis, nunc catenis armati denudabant costas, & viscera, ac non iam corpus, sed vulnera flagellabant. Superi quod tandem hominum genus hoc erat? an tygrides? an rapes cauleae? certe rabido cani in tanta laniena compati opportuisset, ne dicam homini, & homini Deo, & homini inter omnes speciosissimo, cuius vel solus aspectus flectere saxos debebat. Quae porro crudelitas erat, cum sacratissimo capiti, quod solum a flagellorum grandinae mansit innoxium, spinam coronam auctoritate propria, & in consilio Iudice necerent, & spinarum aculeos ante in ejus cerebro demergerent? quae crudelitas erat Christum inter acutissimos dolores deridere, conspuere? Regem ioculariter confutere? quae crudelitas erat, illi ipsemet crucis trabem descendam imponere, cum mos habeat, ut etiam ab infimae fortis furunculis extremi supplicii instrumenta abscondantur? quae crudelitas erat, violenta avulsione vestium, quae concreto sanguini, ac faniei adhaerant, plagas omnes corporis innovare? quae tandem

crudelitas erat cum latronibus, & quidem medium, tanquam latronum alpha, ac coripidem cruci affigere? &c. An potuissent vel ipsi daemones ex ore elapsi edere crudelitas speculaculum? Quod maius est; mitiora fuissent haec tormenta, si hispido cuidam de rure Menalcæ, aut Martis alumno fuissent illata, quos callidus naturae rigor obdurat. At Christi corpus fuit delicatissimum, perfectissimum, adeoque sensus tenerissimi, tantoque praestantius hominibus ceteris, quanto oculus ceteris membris. *O mihi Jesu!* quantus igitur dolorum sensus tibi fuit in decumano plagarum grandine, cum teste Landpersio (*serm. de Pass. Dom.*) alapis in facie 102, calcorum ictibus 40, percussionibus in brachiis 62, in pedore 28, in crucibus 34, in flagellatione 6666, in toto corpore vulneribus 5475, fluctatus es? Paeo, quia horror naturam conceit, vires deficiunt, lingua obriget.

§. IV.

7. Solum ad te clamo, aeternae Pater, Iustitia: Iustitia: in speculaculum Passionis Dominicae non potuisset fuisse hostilius, non iniquus, non crudelius: vindicta odium, vindicta iniquitatem, vindicta crudelitatem: evertit quidem urbem Jerusalem, dissipat perfidam gentem per universum orbem. Verum nimis manifesta haec fuit supplicia delicto, cui expiando nec mille inferni sunt sufficere. Vindicta: Vindicta: &c.

Peccatores rei sunt mortis.

8. Christiani Auditores, quae nova? quae portentosa se scena aperit? audite, & obstupescite: dum sententiam a vide de calce expecto, sententiae loco acclamari mihi audio verba illa Isaia: (*cap. 53.*) *Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Itane nos ipsi rei sumus mortis Christi? Intra est: negare non possumus, peccata nostra, sua tragœdiae coriphi fuerunt: *Tua, Ognis, quia Christum felle, & aceto potasti. Tua O Invenit, ambitio Christum inter latrones suspendit. Tua, O compule, vestium latus Christum spinosa corona coronavit. Tua, O luxuriose, libido Christum flagellis orientasti.* &c.

9. Epilogus. O Christiana pectora! nolite itaque bilem exonerare in perislim Jakkorum; in peccata vestra odium omne convertere: Haece persequimini, haece damnate, haece fugite, haece vindicite. Ego autem a limae iudicii recedo, cum non conveniat Aeternae agere, qui ejusdem criminalis reus; non vindicta clamanda est, sed misericordia, misericordia. &c.

Feria

Feria VI. Paraecetes

CONCEPTUS II.

Condolet orator Christo Patienti ob amarissimum Passionem a peccatoribus causatam, annihilatam, renovatam.

Peccata vestra ipse pertulit in corpore super lignum, ut peccatis mortui, iustitia vivamus.
1. Petr. 2.

EXORDIUM.

Efficitur confensus est solatium laboris.

3. Quisquis opus magni moliminis aggreditur, certe exantlati laboris penititudinem non sentit, dummodo saltem effectum, quem sibi praesixit, consequatur: cum Regum nonnullis immensis sumptibus expeditionem bellicam suscipit alienas provincias expugnatur, non curat expensas, ubi inimica regna suo felicitate dominio: at si exhausto arario, delectoque exercitu nihil efficiat; indicibile est, quanto animi dolore corripatur. Cum Medicus diu nocturne studijs invigilans omnia artis suae arcana excutit, hilari animo sustinet laborem, dummodo aeger convalescat: at cum sollicitudinem suam frustrari, agrumque in febiles paroxysmos iterato relabi cernit, mirum quantum indignatur. Mundanus amator lubenti animo incommoda, expensas, servitia subit, modo sponfam, quam deperit, adquiret, at si tot amoris argumenta, & obsequiosos labores eludi cernit, utique haud vulgari fastidio excruciat. &c. Christiani Auditores! Hodierna dies est, qua Incarnatus Dei Filius maximi moliminis opus feliciter ad finem perduxit: *Consummatum est.* (*Jean. 19. v. 30.*) nimirum opus nostrae Redemptionis: proh! quanto labore, & sudore, proh quantis incommotis, & triginta trium annorum miseris hoc opus consistit, donec tandem amarissima illud crucis morte conclusit! Verum quem in finem, quo scopo hac omnia pertulit? Recogitate obsecro verba, quae pro themate propolui: (*1. Petr. 2.*) *Peccata vestra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitia vivamus.* Hic scopus, hac causa finalis est dolorosissima Passionis, ut deleantur peccata, ut destructo oneri dominio humanae animae aeternam salutem consequantur. An obtinuit Dei Filius tam nobilem effectum? Eheu! non possum ad hanc interrogationem aliter nisi cum gemitu respondere.

Efficitur Dominicae Passionis deberet esse extirpatio peccati.

2. Proposita. Et ut vos Christianae animae ad committerationem moveam, exhibebo Passionem Dominicam non a S. Mattheo, a S. Marco, a S. Luca, a S. Joanne descriptam, sed a peccatoribus causatam, a peccatoribus frustratam,

a peccatoribus renovatam. Quin immo tibi, *O Crucifixae Redemptor!* ex intimo corde condolebo, qui merito de cruce nos aliqui potes t qua vilitas in sanguine tuo, (*Psalm. 29.*) dum plenis adhuc furtis in mundo domipar peccatum minus extirpandi gratia mortuus sum? Favete.

§. I. Per peccatum fuit causata Passio Christi.

3. Confirmatio. Prima igitur pars ita sonat: Passio Domini Nostri Jesu Christi a peccatoribus causata. Ita est: quod peccatores rei fuit mortis Christi, indubitata fidei veritas docet: *Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera vestra.* (*Isa. 53.*) Implet, quod nos deliquimus: *Vix igitur, O Peccator,* ait Cornelius a Lapide, (*in Isa. 53.*) *Vix videre vivam imaginem animae tuae peccatis? Inspice Christum flagellatum, confusum, coronatum, & crucifixum: inspicite toto corpore orientatum, & lividum, ut totum corpus non videatur nisi una plaga, livore, & vultu: inspicite defiguratum quasi leprosum: Haec est forma, haec spectat anima tua, quam Christus suscepit, & expressit.*

Et quidem tanquam causa efficiens.

4. Verum peccata hominum non Dominicae Passionis: Indubitatum est, Judam perfidum Apostatam fuisse traditorem Christi: sed quidam: cui, & quibus tradidit? respondebit sine dubio, militibus, & Pontificum ministris: verum erratis, Auditores; primario ac principaliter traditus fuit peccatis nostris: ubi enim Vulgata ait: *Posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrorum,* (*Isa. 53.*) ibi septuaginta Interpretes (*apud Corn. a Lap. l. c.*) legunt: *Demimus tradidit eum iniquitatibus nostris: o crudelis traditio facta inimicissimo Christi Domini hosti! haec traditio intolerabilior fuit Redemptori, quam cum in manus traderetur Caiapha, Pilato Herodi, & plebi tumultuanti: truculentius etiam in Christum laeviter peccata nostra, quam carnifices, & tortores. Superbia cum coronavit spinis, avaritia vendidit pro triginta argenteis, luxuria crudeliter caecidit flagellis, invidia replevit opprobriis, quae potavit felle, & aceto &c. En Christiane lectar, ait Doctissimus Forerus, (*Corn. a Lap. l. c.*) *considera peccata tua ac mea partem illius exercitii fuisse, qui in Christum irriti, qui Christo sanguinem expressit, qui Christum flagellavit, qui Christum coronavit, qui Christum crucifixit.**

5. Antiquitus moris erat efflorescere dignoscere ex sanguinatione cadaveris: hoc iudicium quidem injulum, & tentatio Dei est: verum nulli magis procedit, quam apud Dei Filium: hinc plurimis historiis memoria proditum est, quod Crucifixus in praesentia peccatorum aut sevevit, aut sanguinem sudavit. Potest jure merito Christus de cruce nobis omnibus exprobrare verba illa S. Petri loquentis ad Iudaeos: *Vel tradidistis, vos sanctum & iustum negastis,*

... autorem vltia interfecit. (A7. 3.) Scio quidem, o peccatores, quod negare velitis crimen, scio, quod cum Pilato causam vestram exculpate fudeatis: *Tonareni ego sum a sanguine iusti iudis* (Matth. 27.) sed frustra agitis; quia unus vestrum loco omnium iam factus est crimen, videlicet, Augustin. (ap. P. Heger.) *Ego sum tui causa delicti, tua culpa occisionis, ego tua mortis meritum, tua vindicta flagitium.* &c. &c.

6. Altera pars hodiernae conlonis ita habet: Passio Domini nostri Jesu Christi a peccatoribus annihilata. Nimium enorme quidem crimen est causare Domini Passionem, sed longe intolerabilius est causam annihilare, id est, sub effectu frustrari: tunc autem frustratio effectus, cum peccata non extirpantur; Et tamen, quid iam communis in mundo? an posset orbis esse scelerator, si Christus nunquam mortuus fuisset? regnar plenis furis libido, ambitio, iniustitia, ac si Divinus sanguis nunquam fuisset effusus? Ideo conqueritur Divinus Redemptor. *Velut aqua effusus sum* (Psalm. 20.) quid? an velut aqua? ita est: velut aqua: quantum hac similitudo? advertite observationem Lorini: cum alii liquores, uti oleum a balsamum, succi miscati effundantur, saltem color, odor, sapor remanet, aut cum fortuito casu effuso facta est, omni adhibita opera recolligitur: sed aqua nec sui quiddam relinquit, nec recolligitur: verba Lorini (in Psalm. 21.) sunt: *aqua effusa nullas nec odor superest, nec color, nec sapor, & sine cura, & in tempore hinc funditur.* Ita plane eadem vilipensio esse videtur Divini sanguinis quasi aquae: non curatur, pedibus calcatur, in reverentiam huius sanguinis luxuriosus non evitat unica vice occasionem sceleratum, avarus non cessat ab iniquis lucris, invidiosus non sibi temperat a detractionibus, vindictae cupidus nec unquam vult condonare iniuriam. &c. O Bone Jesu, quid mirum, quod in agonia horrorem, tristitiam, & sudorem sanguinum passus sis? Istis Auditoribus, quae causa fuerit enormis tristitia? *Tristitia est anima mea usque ad mortem.* (Matth. 26.) Respondet S. Bernardinus Senentis, (17. 2. serm. 6. in Parasce. 36.) causam ferre maximam fuisse, quod praeviderit sacrosanctum sanguinem in pessima hominum parte interiturum; Sed multo ultero ad salutem oblatam non acceptatum iri. Narrat Godscalcus (serm. 58. part. 17. 1.) de homine impio, ac scelerato, qui vitam curricularium in omni flagitiorum licentia exegit, turbidum historiam: Hic post mille scelera a Dei Bonitate saepe lapsus ad vitam meliorem stimulatus, novissime periculoso morbo allicitus fuit: non delevit interna inspiraciones, quibus ad agenda penitentiam invitabatur; sed has contempsit: adlucrum conflagranter rogitantes, ut animam curam haberet, sed pia monita clisit: venerunt animarum curatores, quicquid praemia, gehennae supplicia ei potenter ante oculos stantebant, sed ad illa omnia obstrudit. Verum necdum miser-

cordia Deidefecit, audite, & admittamini: Christus ipse Dei Filius visibili specie illi apparuit, ad lectulum accessit, amanter agrotum ad penitentiam invitavit: *Ego sum Jesus, agebat, ego tua mea sanguine redemi, & in vitam immortalem huius pretii tibi vitam effudi: non te terreat scelerum merita, penitentiam age, & plenam remissionem te in gratiam recipiam.* Quis non credit, audita tam amabili invitatione cor huius peccatoris in mille lacrimas dissolutum iri? verum o obstinatiam, o perversitatem! nec se movit, nec unquam suspitium misit. Necdum tamen extincta est Deicarnitas: Christus Dominus remotis paulisper vestibus aperto pectore sacrosanctum vulnus ei exhibuit. *Ecce Filius, inquit, hunc sanguinem pro te fundi, considera, quam caro pretio mihi reddidisti: utere hoc sanguine in solvendum tuam.* &c. Agite, Dilecti, congratulamur Christo de conversione huius animae: an enim possibile est, tantam misericordiam posse, contemni? Eheu! Eheu! possibile est: infelix homo nec amorem Domini, nec verba, nec sanguinem curam habuit: quae enim vero amor: in faciem transiit, & velut undosus torrens ruptis aggeribus sese effudit: Christus adeo contemptis & sacrosancto lateris Vulneris volam sanguinis excipiens miserum homini in factum projecit. *Quoniam nonnulli, inquit, hunc crucem aspiciere in veniam, & remissionem, hanc capere in spem, & certamen salvationem.* His dicitis Christibus videti, infelicissimus autem ille inter inconstitutos epularis, & blasphemias vivere desit. O terribilem tragadiam! Christiani Auditoribus, an deploratis infaustissimum mortem miserum huius peccatoris deploranda utique est: at ego longe magis compatior Christo Domino; cuius sanctissimus sanguis etiam tunc non acceptatur, cum vocat, cum blanditur, cum invitatur, cum veniam offert, cum aeterna praemia pollicetur. O utinam hic obstinatus esset hominum ultimus, qui tantum Dominicae Passionis inferre contumaciam! sed iam ad tertiam partem festinamus.

7. Tertia pars ita se habet: Passio Domini nostri Jesu Christi a peccatoribus renovata; an ergo non licet ad Passionem causare, causam annihilare? an tanta est crudelitas peccatorum, ut causam annihilatam renovent? tanta est crudelitas quanta autem sunt isti crudeliter? Respondeo, peccatorum quibus huius dicitur: per quodvis peccatum renovatur Christi Passio; quia per quodvis peccatum nova ponitur causa, ob quam Dei Pater mori debet, nisi mortuus fuisset. Pingamus pretiosissimum unctorem manus huiusmodi per integram auri millionem fuisse redemptum: quodsi vero peroluto iam pretio huius margaritam recuperet, nonne redemptor novum incurrit integre millionis debitum? Ita res proportionabiliter se habet in nostro proposito: anima tua, o homo, per pretiosum sanguinem Redemptoris tui captivitate oreini huius liberata est; quodsi per peccatum ultero in eas poterit rem redire, tuncne causam das, ut deano, quantum est ea

te, pretiosus ille sanguis effundatur, ut deano Christus crucifigatur? ita plane est: ita argumentatur S. Apollolus Paulus: (Act. 6.) *Rufus crucifigatur in senescenti Filium Dei.* Supra quae verba S. Thomas Doctor Angelicus: (1. 1. in c. 6. Act. 6.) *Christus pro peccatis nostris mortuus est semel, cum ego peccata capitatus, quantum in te est, das occasionem, ut iterum crucifigatur.* O crudelitatem!

8. De Tullia Romana illa furia narratur, quod contra Patrem Servium seditionem concitavit, & hoc interfecit, Tarquinium ad regni thronum exivit: dano curru per plateas vehit, autem illi ostendit pecens in foro, & vulneratum Patris cadaver: at illa equos ugeri, & supra emortui parentis corpus agitari curru iussit, adeoque ex vulneribus Patris residuum adhuc sanguinem expressit: hanc crudelitatem tota Roma usque adeo detestata est, ut locum illum vocaret *Vicum sceleratum*, sed Chrysolomus (ap. P. Heger. l. c.) ait: *Hoc quod dicitur, & huiusmodi.* O quot homines sunt, qui in Christum iam mortuum faciunt, volunt illi sanguinem exprimere postquam iam omnem effudit, reficant vulnera, renovant mortem! &c.

9. Epilogus. O Dilectissime Jesu! condeolo tibi ex toto corde non iam ob Passionem tuam exantillam, sed ob annihilatam, & renovatam: hac cruce peccatorum longe tibi aeternior est, quam illa Iudaeorum; quippe in illam uter ex amore ascendisti, in hanc autem inviter ex furore raperis: illam adhuc mortalis, & passibilis sustinisti; ad hanc iam gloriosus, & impassibilis generis. Illam tibi dulcoravit sanguis humani coeris, hanc ruina, & interitus animarum tibi reddit amarissimam. Ah! deolo super te. Vos vero, o Christiane animae, cum Dominicae Passionis amorem, obsecro & obsecro, fugite, fugite peccatum tamquam causam unicam amarissimae mortis. Nolite inferi infelici catalogo illorum, in quibus facer sanguis Redemptoris nostri interiturus est, sed potius contendite adscribi felici numero eorum, in quibus sanctissimus cruor credit ad aeternam salutem, ac gloriam. Amen.

Feria VI. Parasceves.

CONCEPTUS III.

De Doctrina ultima, seu de septem Verbis Domini in Cruce.

Non iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum. 1. Cor. 2.

EXORDIUM.

Tota quidem Vita Christi est nostra institutio. Sed praecipue Verba eius utiliora sunt scholae Virtutis.

1. Ota Vita Christi fuit continuum humani generis magisterium, omnis eius actio Claus Spicilog. Conciones. Pars I.

est nostra instructio, quia immo nullum est Crucifixi Domini membrum, quod non sit ad eruditionem nostram dixerunt, dicente Augustino: (ap. Spera. de Pass. Dom. par. 27.) *Cruis ubi transfusa membra patiuntur, cadastra facta est Magistri docentis, Intraeam tantum Divini Filii in cruce pendentis imaginem, & doctrinam audiemus virtutibus implantandis faluberimas, sceleribus confutandis efficacissimas.* Quod loquitur nobis spinis coronatum caput, nisi humilitatem contra superbiam? quid inculcat nobis denudatio, nisi rure omnium abicationem contra avaritiam? quid membrorum confixio, nisi mortificationem contra luxuriam? quid lateris apertio, nisi amorem contra invidiam? quid propitiatio inimicorum, nisi mansuetudinem contra iram? quid potio amaros, nisi sobrietatem contra gulam? quid orationes, nisi diligentiam contra accediam? Verum cum nimis generalia sint ista, reservavit sibi Dei Filius quaedam dogmata & pulpita crucis articulate proponenda; ibi scholam aperit omnibus Graeciae Academiae praefationem; ibi doctrinam explicavit, quae quidem mundo esse fultitia, nihilominus omnem Platoniorum, Peripateticorum, Stoicorum, & Pythagoricorum prudentiam infinitis transcendit. Quanam est hac doctrina? sunt septem ultima Christi Agonizantis verba: hac verba fuerunt quasi Gynnasium publicum, quo complures discipulos felici successu erudit. Inter hos discipulos erat Centurio, qui cum vidisset, quia se clamans expirasset, (Marc. 15.) Christum Dei Filium publice professus est. Inter hos discipulos erat Latio, qui in hac schola ex latrone in Christi praconem, & regni caelestis praedonem migravit. Inter hos discipulos denique erant, qui revertentur percutientes postera sua, &c.

2. Propositio. Christiani Auditoribus! hanc scholam & nos hodie frequentemus, & ultima Redemptoris verba ad nostram instructionem pie meditetur. Hunc in finem propositi vobis verba Apostoli: *Non iudicavi me aliquid scire inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum.* Hae est enim sublimissima sapientia, scire Jesum, & eius verba audire: haec si sola addidantur, etiam ceteroquin rudissimus sis, sit sapiens es, & supra omnes Philosophorum Scientias, supra omnia mundi principia sapientior. &c. Favete.

Primum Verbum: Pater dimitte illi.

3. Primo igitur, dum Jesus doloribus oneratus medius inter caelum & terram, inter vitam & mortem in cruce penderet, palpebras sanguine concretas aperiens, oculoque ad Patrem suum attellens, lacrimabili voce orare coepit: *Pater dimitte illi; non enim sciam, quid faciam:* (Luc. 23.) Quasi diceret: Aeterna Genitor! per illum, quem effudi sanguinem, per tot opprobria, quibus impetitus, per tot lapsas, quibus percussus sum, per mille flagra

corpore insidit, per spinas in caput alte demeritas, per clavos manibus, ac pedibus infixos, per hanc in qua moritur, crucem, rogo te, non ut dolores mihi immanius, sed ut veniam largiaris crucifixigentibus: *Bimille illis*. Ne perire patiaris, pro quibus patior; vivam illi, pro quibus morior; non attende, quod per illos moriar, sed quod pro illis morior: & ne gratias putes me orare, & accipe causam orandi: *Non enim scitis, quid faciant*: sciant, quod crucifigent, nesciant, quem crucifigent, &c. Considera hic, anima Christiana, admirabilem Domini mansuetudinem: vindictam clamant contra impiissimos Deistidas calum caligine obtenebratum, clamant fol, qui eos intravit dedignatur, clamant terra horrendis motibus tremefacta, clamant verum templi scissum, clamant Angeli & demones: preterea potuit Christus ad ferale ultionis obsequium parata habere elementa omnia; & tamen pro perfectioribus veniam rogat. Est hac virtus profors Divina; ex quo coeli agnovit latro, & centurio Christum esse Dei Filium? Respondet S. Vincentius Persevius; (*apud Gimbler unum pro anno conf. 64. n. 3.*) ex hac ipsa mansuetudine erga malefactoris: quia immo hac admirabilis intercedit tanta fuit efficacia, ut teste Hieronymo (*In l. 33. isa.*) ad quinque hominum millia ad Christum Fidem fuerint conversa. Quid tu agis, mi Christiane? heu! in injuriis & persecutionibus vindictam speras, hostis mihi laetitiam, inquis, sed nunquid tulit etiam vitam? offendit me verbis, sed nunquid etiam cecidit virgite? impedit me diceris, sed nunquid etiam percussit alapis? minatus est mihi manibus, sed nunquid etiam ligavit sanibus? operavit mihi mortem, sed non egit in crucem. Video vultum tuum, sed nulla video fuit, aspicio corpus, sed nullum invenio vulnus, nullas invenio spinas in capite, nullas plagas in manibus, nullum livorem in genis, nullum sanguinem in fronte. Et quidem tu meretricis ista omnia, quia peccator; hic autem innocens est, quia Salvator. O quam accurate hanc mansuetudinem in Echola Christi didicerunt Sancti Dei! S. Christophorus Martyr a gentilibus Samiorum Preside alapa percussus: Bene tibi sit, respondet, quod Christianus sum; alias certo vindicarem. S. Bernardus colapho injuriatus alteram maxillam praeavit. S. Xaverius & Socius ejus Fernandez in Japonia sub concione spuro in faciem appertunt, quod dum manifeste loquunt, multos ad Fidem Christi convertunt. En Christiane inspicere, & fac secundum exemplar, si verus vis esse Divini Magistri discipulus.

Secundum verbum: *Hodie mecum eris*, &c.

4. Alterum Christi morientis verbum fuit, quod latroni penitenti aeternam felicitatem ad dicit, inquit: *Hodie mecum eris in paradiso*. O quanta est Dei misericordis Bonitas erga peccatores! convertio hujus latronis est omnium

miraculorum, quotquot tempore mortis Christi contigerunt, maximum: Sol fuit obfcuratus, sed mirabilis est tenebrosam latronis mentem fuisse illuminatam: petre scissae sunt, sed mirabilis est faxem latronis pectus in amoris igne fuisse solutum. Terra tremuit, sed mirabilis est in trepidum ad patranda tot facinora latronis tantum pia desperatione commoveri. Corpora Sanctorum resurrexerunt, sed mirabilis est momentum, & gloria Divina carentem animam latronis ad vitam spiritualem evocari. Bone Deus! quid fecisti? Necdum fidelis Abraham, necdum obediens Isaac, necdum patiens Jacob, necdum castus Joseph, necdum mansuetus Moses, necdum pius David in Paradiso ingrediuntur, & latro iam admittitur. Dum uni praestis gratiam, pluribus videtur facere injuriam. Nonne merito murmurabunt adversum te Patriarchae, & Prophetae, Reges, & Judices, dicentes: *Hic novissimus una bona fecit, & parum nobis fecisti: qui postremus peccatus dixit & aeternum* (*Matth. 20.*) &c. Tu vero O Christiana anima! dilice saltem tuam operari inter spem & metum: e duobus latronibus unus salvatur; unus & solus; solus ne praesumas, unus ne desperes. Noli hujus latronis intuitu penitentiam in ultima tempora differre; quia ait Bernardus: (*Serm. 38. de parit.*) *In tota Canone Scripturarum unum Latronem invenisti sic salvatum*. Noli etiam pusillanimitate abiectione de misericordia differre, sed frequenter cum Ecclesia precare: *Qui latronem evadisti, mihi quoque spem dedisti*. &c.

Tertium Verbum: *Mulier ecce Filius tuus*.

5. Tertium Christi agonizantis verbum fuit ad pietissimam Matrem: *Mulier ecce Filius tuus*, quo dicto dilectum Discipulum sibi subrogavit. O tristis commutatio! traditur Mariae Joannes, servus pro Domino. Discipulus pro Magistro, nepos pro Filio, homo pro Deo, Filius Zehedat pro Filio Dei. Hae verba mortis Filii erant gladius ille Simonis; qui penetrabat animam Virginis; in enim dolor proportionatur amori dicente Augustino: (*1. 21. de Civit. Dei. c. 26.*) *Tantum necesse est vixit doler, quantum habere amari*, certe Divina Matris affligit supergressit omnium creaturarum dolores, quia etiam ejus amor in Filium supercessit, est omnium creaturarum amores. Non frustra Sanctissima Virgo silulatur tangam Regina Martyrum: in illis enim viginti quatuor horis acerbiores cruciatu pertulit, quam quidquid Martyres omnes pali sunt, vel patientur a primo mundi exordio usque ad interitum: quin immo S. Bernardus (*Serm. 61. n. 4. c. 2.*) dicitur aude: *Tantum fuit dolor Virginis, quod si in omni creatura dividetur, amnes subito in terrerent*. &c. Interim dum illa consolatrix afflictorum gravissime affligitur, nobis omnium fertilissima seges offertur lactitiae; non enim solum Joanni, sed nobis omnibus dictum est a moriente Christo: *Ecce Mater tua*. O peccator

hujus latronis dicitur: *Eri*.

erigere in spem, & dum tibi assignatur Mater, qua est plena gratiae, Mater Dei & hominis, Mater rei & judicis, dic cum Salomone (*Sap. 7.*) *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*. Si Maria Mater tua, ergo Jesus Frater tuus; in Fratre vides vulnere, in Matre cernis ubera; utrinque habes salutis pignora; qui me in jicio inter duas tam immensas pietates, inquit Anselmus (*ap. Speraunt. script. Sel. p. 111. 131.*) non incidam in justitiae severitates, &c.

Quartum Verbum: *Deus meus, Deus meus, ut quid* &c.

6. Quartum Verbum clamavit Jesus tam magna voce, quam grandi mysterio: *Deus meus! Deus meus! ut quid dereliquisti me!* Obstupescite caeli super hoc: quod homo conqueratur de homine, vulgare est: quod aliquis conqueratur de seipso utaturum est: sed quod Deus conqueratur contra Deum, Filium de Patre, & quidem talis Filius de tali Patre, cui factus est obediens usque ad mortem, quis capiet? quis explicabit? Convertit Christus unumque, & auditque moribus oculos, ut videret, si esset, qui cum consolaretur: convertit ad Matrem, & illa tristabat: ad Apostolos, & illi diffugerant: ad Judaeos, & illi blasphemabant: ad Sacerdotes, & illi iridebant: ad carnifices, & illi poenam agebant: ad solem, & iste obfcuratus est: ad Angelos, & illi amare flebant: Nesciam solatium inveniebat nec ab amicis, nec ab inimicis, nec ab hominibus, nec ab Angelis: Igitur desinitus omni solatio Filius prodigus in moerore cogitabat: *Surgam, & ibo ad Patrem meum*. Luc. 15.) Et ecce: etiam Caelum illi ancium est: clamat, & non auditur, pullat, & non aperitur, quare, & non invenit. *Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Hanc derelictionem explicans S. Bernardus Senensis (*de Pass. Dom. serm. 55. c. 4.*) ait: *Deus sic eum dereliquit, ut nulla penitus gaudii, dulcorisque redundantia fieret ab habitu, & ab actu gloriae in naturam, qua patiebatur, quo aliquo modo mitior heret Passiois acerbitas, & hoc ut tantum immense pateret, quantum illa natura patibilis poterat. omni ab ea refrigerio separato*. &c. Tu O Christiana anima dilice ex hac afflictione Salvatoris in omnibus afflictionibus, arumnis, laedibus, & fastidiis, in quibus omnino derelicti tibi videris, erigere couthanter animum ad Deum, eumque dum agendo non potes, laudare patiendo: &c. &c.

Quintum Verbum: *Sitio*.

7. Quintum Verbum Dei Filii in cruce fuit illud terribile, & omni commiseratione dignissimum: *Sitio*: Etenim vulnerati, qui multum sanguinis effuderunt, maxime sitim conqueruntur: quid mirum igitur sitire Dei Filium, qui sanguinem omnem ad ultimam gutturalem perdidit? O deplorandam sortem, qui sitientis po-

pulo fontem salientis aquae de petra produxit, qui Samsoni de maxilla laticem aperuit, qui convivis nuptialibus vinum ex aqua prodiosose lecit, ille sit arefuit, nec habet, qui haustum frigida ei propinet. Christiana anima: si praesens tum adhaesens, an aridas Salvatoris faucibus potu reforescisses? Reforescisses, inquis, & non lesionis fuisse in obsequium Redemptoris, quam olim tres illi Heroes in Religierum Davidis. En si serio agis, patet hodie dum occisio: funde lacrimas penitentiae, & sitim Christi refinguis. Mortifica gulam, subtraha tibi in ejus honorem inordinatas potationum delicias, & sitim Christi refinguis: ita fecit S. Abbas Pachomius, inquit: *Domini meus Crucifixus fuit, & ego oleum comedam? ablit: non comedam*. &c.

Sextum Verbum: *Consummatum est*.

8. Sextum Verbum Divinae Sobolis in cruce ita sonuit: *Consummatum est*: O Verbum mysteriis plenissimum! non aliud Verbum magis est Angelis amabile, hominibus salutare, demonibus terribile: O Verbum lactitiae: Verbum gloriae; Verbum victoriae, & triumphi! contremiscite inferi, vos sperabatis aliquando fore, ut post facta novi aedificii fundamenta Christo insultare possitis: *Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare*, sed nunc magnum adificium absolutum est, illud praedictum inter vos, & Christum victorioso clamavit. Gauceat O captivi in limbo, nunc tandem veniet Dominus, & non tardabit; jam enim magnum illud opus Redemptiois vestrae consummatum est. Exulta O Ecclesia novi Sponsi nova sponsa, jam clauditur synagoga, jam reprobatas Judaei veniet desideratus omnibus gentibus, & decolabitur te oculo oris sui, consummatum est. O quot Sacramenta complectitur hac vox consummatum est! Primalium Auctor vitae oculos in mortem clauderet, & rediret ad Patrem, prius animo recapitulavit omnem Scripturam a primo capite Genesis, usque ad ultimum Machabaeorum, percurrit Patriarcharum Oraacula, Prophetarum Vaticinia, vidique omnia ad pota usque fuisse observata; quapropter exultans spiritu ad Patrem conversus dixit, consummatum est: tandem tandem omnia ab utero Matris, usque ad mortem crucis consummata sunt: nulli rei percipi, non honori, non sanguini, non corpori, non viae; nullus reliquus est in venis cruor, nullum in ossibus robur, nulla in arteriis motio, nullus in pulmone spiritus, nulla in corde vita: *Consummatum est*: &c. O anima Christiana, qua haec audis, attende eum, & cui vivas; felicem te reputa, si in omnibus voluntatem Dei explas, & quomdam in venere dicere possis, omnia, qua Deus a te exigit, consummata esse. &c.

Septimum Verbum. Pater in manus tuas Et.

9. Tandem ultimum Dei morientis Verbum, & ceterorum omnium completivum fuit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Ita nempe Christus omnia, quae habuit, distribuit: dedit persecutoribus veniam, dedit latroni Paradisum, dedit Matri Joannem, dedit corpus Iosepho & Nicomedeo: sed Spiritum Patri reservavit, ut in manus Creatoris revertetur, & cuius manibus originaliter venit. &c. O anima! hoc punctum est ultimum, hoc collimandum est, hoc a moriente Dei Filio ante omnia extorandum est, ut possimus & nos quomdam in his sanctissimas manus animam efflare, ac confidenter dicere: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* &c. &c.

10. *Epistola.* Jam finita est lectio, finita sunt dogmata & pulpito crucis nobis praefata. Quid tandem Doctrinae principaliter ex istis omnibus haurimus? percipite paucis: Christus fe totum nobis dedit, nihil sibi reservando: ergo & nos totos oportet Christo impendi, nihil nobis reservando: ille per dolorem oculo-rum oculos nostros emittit, igitur injuria fit Christo, si oculos ad vanitatem usurpemus: ille per dolorem aurium aures nostras emittit, igitur injuria fit Christo, si aures ad nugae mundanales adhibeamus: & ita loquendo de ceteris membris. Toti quantum sumus res propria Christi, quia ille fe totum in nostram salutem impendit. Ita ita, mi Jesu, tuus sum, quotquot habeo potentias animae, quotquot artus corporis, mei non sint amplius, sed captivi Crucis. Tu septem hac salutaria verba alte in corde meo demerge, tu memoriam, intellectum, voluntatem & sensus omnes ita ad te trahere, ut dicere cum Apostolo (1. Cor. 2.) queam: *Non judicavi me aliquid scire nisi Jesum, & hunc Crucifixum.* Amen.

Dominica Paschatis.

CONCEPTUS I.

De cavendo Relapsu in pristina peccata.

Christus resurgens a mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Rom. 6.

EXORDIUM.

Duplex resurrectio Christi.

1. **D**ubito sane, cui primo, & cui ultimo gratuler, toti universi Ecclesiae, an particulariter vobis. Toti Ecclesiae gratulandi an- sam habere, quia surrexit Christus; est enim gloriosa resurrectio terminus, & complementum totius operis Redemptionis nostrae, quo ultimo, confirmata sunt Prophetarum vaticinia, expleta veteris legis symbola, stabilita

novae mysteria, devicta Judaeorum perfidia, in ruborem data gentiliū incredulitas, & de- mum erecta Catholicae Religionis trophaea, &c. (Corn. a Lapid. in c. 5. Rom. v. 25.) Vobis autem gratulandi an- sam habere, quoniam Christus in conscientis vestris, antea per peccatum mortuus, per gratiam, & Paschale Sa- cramentum revixit: Eja! letamini, rupta sunt orci vincula, sublata inter Deum, & vos inimicitia, pax aeternum stabilita. Verum edicere, problema plenum timoris vobis propono, si perfidis Judaeis id virum fuisset, ut Christum gloriose resurgentem denuo in vincula da- rent, & renovata totius Passionis tragedia, altera etiam vice in crucem agerent, an sanctus quidquam, & luctuosus Ecclesiae accedere potuisset? certe non: ita enim triumphasset impietas, mysteria fidei fuissent lusu, & opprobrio exposita, & quod caput est, forte Redemtionis humanae negotium, adeo turpiter elatum, nunquam amplius a Deo fuisset redinteg- ratum. &c. Scitis, quid dicere velim; nempe tam sancta historia vobis contingeret, si Christum in animabus vestris per Paschalem Con- fessionem resuscitatum, denuo per peccatum occidatis. Quid malorum non sequeretur ex tam turpi defectione? est enim peccatum, post in- iam reconciliationem longe malitiosius; quia tri- plicem continet malitiam, nempe perfidiam, ingratitude, ac contemptum.

Relapsus in peccatum gravior, quam primum peccatum.

2. *Propositio.* Quare, ut a tanta impietate vos absterream, exponam ex hoc ipso triplici capite gravitatem relapsus. Idipsum monuisse videtur Apostolus (Rom. 6. v. 8.) per verba The- matis: *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, ubi annotat Cornelius: Colligendum re- linquit Apostolus Christianis, eos utique jam mor- tuos peccato, constantem in hac via vitioque sancta persistere debere, ut in mortem peccati non recedant.* (Corn. a Lapid. bis.)

§. I. Perfidia semper punita.

3. *Confirmatio.* Omnes populi, civiles, & barbari, infideles, & orthodoxi extremo sem- per odio detestati, ac pro viribus ul- ti vim perfidiae scelus. Sedecias, (4. Reg. 23.) violens foedus cum Nabuchodonosore initum, ab eocap- tus, regno, oculisque spoliatus est. Carthagi- nensis Senatus, Saguntum contra foedus, quod Hasdrubal cum Romanis pepigit, devastans, excidit sui an- sa, & origo fuit, Theodatus Gothorum Rex, bellis indigne pressus, ad Ios- tinianum Imperatorem legatos mittens, pacem petiit, eique totum Gallorum, ac Italorum im- perium obtulit: postmodum fidem fidelitatis arma movit: sed a propriis subditis odio habi- tus, vix delibato regni triennio, trucidatus est. Aistulphus Longobardorum Rex, qui

con-

contra datam fidem Gregorio III. Pontifici arma intulit, Pontifex pacis formulam, e crucis ve- tillo suscipiens, exercitui praefari curavit, cunctis Deum contra perfidum hominem invo- cantibus: unde a Pipino subactus Aistulphus misere perit. Luculenta sunt haec, sanctitas est, quod sequitur: Rex Hungarorum Uladila- nus, (Fereb. l. 11. in Vit. Uladis. lib. IV.) diti- corum Amatorem Turcarum Tyrannum bellicosus, tandem hujus evata pacem inivit, sed nonnul- lorum Principum hortatu, quibus ea pacificatio rei Christianae detrimentosa videbatur, arma resumpsit, Amurathem, jam jam abitum parantem, insecutus. Obtupuit Tyrannus impieta- tem in Christiano Principe, quam nec in bar- baro suspicatus fuisset, & instrumento pacis e lancea suffuso, suos in praedium animans, adeo horribili strage Christianum exercitum fune- vit, ut praecipua Hungarorum nobilitate, ipso- que Rege extincto, ea clades fere omnem Hun- gariam, Graeciamque Turcico jugo subjecerit. Non desuere, qui sedisfrago Regi hoc carnine aut condolerunt, aut insularunt.

Romulidae canas, ego Varnam clade notavi,
Dicitur mortales non temerare fidem.
Me nisi Pontifices fuissent rumpere pacem,
Non ferret Schydicum Pannonis ora ju-
gum.

Relapsus perfidia malitiam continet.

Ex quibus in hunc modum arguo: si Deus fra- ctam alii fidem tam luculenta ultione compen- sat, & hanc ipsis adeo barbaris integram ser- vari cupit; quanto zelosior erit pro fide sibi data? si Rex in Regem perfidus sit, minor est injuria ob aequalitatem personarum; at quan- tum cheu! scelus est, si homuncio inermis, fra- gilis, imbecillis, luteus, ausit datam fidem fran- gere Deo a quo infans dignitatis intervallo discriminetur, & quidem Deo adeo potenti, ad cuius injurias vindicandas parata sunt nu- bium tonitrua, & legiones fulminatrices! ne- gas forte, o peccator, te perfidum merito vas- cari? negare non potes; nonne enim per im- penetrata reconciliationis Sacramenta pacem, & amicitiam cum Deo inivisti? nonne orci vexillis abstrahisti? &c. Hinc est, si ad veterum redeas, jam alterum peccatum perfidiae rationem inducat, & tu, qui prima vice transgressor fuis- ti, iam altera vice transfuga, & deceptor cor- am Deo habearis. &c.

§. II. Et ingratitude summam.

4. Et vero tolerabilis foret perfidiae crimen, nisi cum decemana insuper ingratitude esset conjunctum. Hanc ut intelligas, considera miserrimum statum peccati, e quo Dei gratia eru- tus es. Infelix erat Samson, a Dalila proditus, a Philisteis captus, oculis privatus, molendino alligatus, illusus, derisus, fustibus, & inedia

vexatus. (Jud. 16.) At infelicio est peccator in servitute daemonis. *Qui facit peccatum, servus est peccati.* (Jo. 6.) Malus damnus eum excolat, ne videat aeternas veritates, debilitat, ligat, stringit, fascinat, & in perniciem trahit. &c. Ex miserrimo hoc mancipatu per Sacramenti gratiam extraxit te Redemptor tuus, vah! quan- tum gratitudinis illi debes? Finge Christianum hominem, in barbarorum captivitate detentum, omnigena crudelitate, quam tamenque Africa no- vit, multis annis vexari: ex imperulo adesto- cuples mercator, qui suo ere miserum vinculis eximit, & in patriam reducit: dum autem in reditu sylvam pertranseunt, ecce! proditorius hic Christianus, occasione nactus, cum latro- nibus foedus pangit contra suum benefacto- rem: involant in mercatorem: expoliant. & trucidant: an posset damnabilis ingratitudeis portentum fingi? si unquam alias, hic certe lo- cum habere Seneca (ap. Staplet. Dom. 3. post Epiph. text. 5.) estatum, dicens: Humanis legibus nullam ingratitudei poenam constitutum esse; quia tanta est ejus iniquitas, ut solius Dei rigidissima justitia puniendi relinquatur. Edic autem recidive peccator, qua ratione tu huma- nius agis cum Deo? ille te e captivitate dae- monis redemit, ut adivimus; tu vero per pec- catum alterum quid aliud facis, nisi novum foedus pangis cum daemonibus contra Dei hono- rem, est fieri posset, contra Dei vitam? vah! quantum dolebit Redemptori tam enormis in- gratitude! conqueit est olim de leprosis man- datus, quod gratias non retulerint: *Novem ubi sunt?* (Luc. 17.) heu quantum conqueretur con- tra eos, qui injurias referunt? &c.

§. III. Ex relapsu ingens contemptus Dei. Damm influit Christo.

5. Neque putetis velim, hic sistere relapsus impietatem; ingratitude enim addit contem- tum, & opprobrium Dei praeter ceteris enorme. Scito, O peccator, illa ipsa hora, qua in genua provolutus, suspiria duxisti, pectus pul- sasti cum Davide ingemiscendo: *Peccavi, coram sacro conscientia arbitro peccata tua enar- rasti, et ipsa hora Genius tuus Tucleris, & sancti Calites Patroni tui cum gaudio, & exultatione Deo gratulati sunt de numero Electo- rum tua accessione aucto, grates habuerunt pro beneficio tuae conversionis, nomen tuum in- feruerunt libro viventium &c. Econtra in orco erat planctus ex tui amissione. &c. Cum igitur postliminio redis ad Peccatum, subito mutatur scena, in calbo tristitia, & luctus, in inferno gaudium, & exultatio cernitur. Quia immo, cum utriusque & Christi, & daemonis ju- gum, ac servitutem satis ab experientia nota- tam habes, turpissimum tuo transfugio palam prosteris tibi praepiacere infernum, quam paradysum, canum, quam celum, Aegypti alia, quam manna, servitutem pec- cati, quam gratia, magisque aridare jugum*

de-